This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at http://books.google.com/

1837
ARTES VERITAS SCIENTIA
LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF MICHIGAN
E PLURIBUS UNUM
TUEBOR
SI QUAERIS PENINSULAM AMOENAM
CIRCUMSPICE

Digitized by Google

888
A15v
L5.
1794

Digitized by Google

CLAVDII AELIANI
SOPHISTAE

VARIA HISTORIA

GRAECE

ADNOTATIONIBVS IAC. PERIZONII

INPRIMIS

ET ALIORVM SELECTIS INSTRVCTA

VSVIQVE

IVVENVM GRAECA AMANTIVM

PRIVATO QVOD DICVNT

ADCOMMODATA

PRAEFATIONE *SCHELLERI* V. CEL. PRAEMISSA

CVRAVIT EDITIONEM

NOTAS SVAS INDICESQVE ADIECIT

GOTTLIEB BENIAMIN LEHNERT

PARS POSTERIOR

LIPSIAE MDCCXCIV

APVD I. G. I. BREITKOPF, FIL. ET SOC.

Digitized by Google

Digitized by Google

Greek
Hiersemann
3-17-27
14493

PRAEFATIO
I. I. G. SCHELLERI

Quod in huius libri fronte nomen meum conſpicis, Lector beneuole, id nolis ita interpretari, quaſi in eo auctoritatis quidquam ineſſe, aliquidue comendationis libro adferri nominis mei aut verborum meorum ope poſſe exiſtimem. Neque enim quisquam me melius novit, quam tenuis et manca ſit mea literarum graecarum ſcientia. In quas licet inde a prima adoleſcentia omni ſtudio incubuerim, hancque in rem optimorum ſcriptorum graecorum non paucos diligenter legerim, haec tamen lectio cum ob alias cauſas, tum praecipue acri quodam ſtudio de literis latinis pro viribus bene merendi, aliquotque libellos huc ſpectantes in lucem emittendi multis ex annis ita interrupta eſt, vt, ſi qua mihi graecae linguae ſcientia fuit, ea, niſi decreſceret, tamen non magnopere creſceret.

Neque ego profecto facile prouinciam ſcribendae huius praefationis ſuscepiſſem, niſi, vt a bibliopola, ita maxime a Doctiſſimo Editore rogatus eſſem. His precibus modeſtiam quamdam ſignificantibus deeſſe nefas habui, praeſertim cum Doctiſſ. Editor olim fuerit meus diſci-

 pulus

Digitized by Google

pulus, isque, vt omnino ſua induſtria, ita ſtudio linguae et latinae et maxime graecae inſignis, quem ſcio ad hoc vsque tempus Graecorum optimos quosque adſidue legiſſe, tantaque eos legendi cupiditate flagrare, vt ea vix ſatiari poſſe videatur. Deinde liber ipſe, qui prodit in lucem tum per ſe, tum maxime propter praeclaras magni *Perizonii* animaduerſiones, quas cum ceterorum Editorum notis Doctiſſ. Editor in compendium redegit ſuisque auxit, me incitauit, vt eo magis voluntati Doctiſſ. Editoris obtemperandum eſſe arbitrarer.

Vnde enim, quaeſo, ſtudioſi linguae graecae melius ac certius huius verum guſtum legitimamque cognitionem hauriant, quam ex animaduerſionibus, quibus magni viri, quales ſunt *Perizonius*, *Hemſterhuſius*, *Doruillius*, *Valkenarius*, *Weſſelingius*, *Ruhnkenius*, *Erneſti*, *Brunkius*, *Heynius* aliique priſcos ſcriptores illuſtrarunt? Nam licet magiſtri et in ſcholis et in Academiis prudenti priſcorum interpretatione non parum proficere poſſint, hoc tamen nullo modo ſufficit, praeſertim diſcipulis, qui vltra mediocritatem ſapere, qui priſcos ipſos ſuo, quod aiunt, Marte legere, qui vbique ſuis oculis ipſi videre cupiunt. Copia enim rerum diſcendarum longe eſt maior, quam vt earum cogitionem tam breui ſpatio abſoluere liceat, vt taceam, ea, quae illi magiſtri diſcipulis ſuis in priſcis interpretandis tradant, plerumque paucis verbis tradenda

Digitized by Google

denda eſſe, vt librum explicandum certo tempore abſoluant. Cupidi literarum, vt latinarum, ita graecarum, tam breui interpretatione contenti eſſe nequeunt, quaerunt vberiores interpretationes, in quibus non modo ſingula, quae explicantur, cauſis iuſtis locisque pluribus iisque aptis confirmentur, ſed etiam interiora linguae euoluantur. Haec eſt ipſa cauſa, cur notae *Minellii* vel *ad modum Minellii*, etiamſi recte explicent, tamen plerumque non tam placeant, quam *Burmanni*, *Doruillii* cet.

His ſummorum virorum animaduerſionibus (vt de *Vigeri*, *Hoogeueenii* ſimiliumque laboribus nihil dicam) eo minus carere poſſunt ſtudioſi literarum graecarum, quo magis carent Lexicis, e quibus iſta, quae in illis animaduerſiones traduntur, diſcere queant.

Lexica, quibus ſtudioſi literarum graecarum vti ſolent, ſunt plerumque Lexicon *Scapulae* (*Stephanus* enim in pauciſſimorum manibus eſſe poteſt) et *Hederici*, cura Cel. *Erneſtii* locupletatum (vt nihil ob anguſtiam temporis dicam de minoribus, vt *Vollbedingii* et *Dillenii*).

Ambo illa Lexica habent ſua praecipua, vt bona, ita vitia. *Scapulae* Lexicon habet hoc praecipui prae Hederico, quod illic loca e priſcis adferuntur. Attamen ſunt pauca; et haec loca plerumque non traduntur definite h. e. non memorato libro, capite ac, ſi e poetis ſumta ſunt, verſu; talia enim loca non poſſunt euol-

Digitized by Google

vi, cum tamen e contextu ſaepe vis et vſus vocabuli recte demum intelligi queat. Praeterea nonnulla ſunt perperam laudata, v. c. liber Homeri pro libro, Ilias pro Odyſſea, et contra nonnumquam memoratur. Deinde in illo Lexico hoc moleſtum eſt, quod vocabula non ex ordine literarum, vt in *Hederico*, ſed ſecundum etymologiam, non ſemper certam, ſed ſaepe etiam tantum opinatam digeſta repeṛiuntur. Qui itaque eam non adcurate tenet, nec ſimul ſaepe coniectare didicit, omninoque illud Lexicon paullo diutius tractauit atque ita iſtum ordinem adcurate iam nouit, is non poteſt iſta vocabula ſemper facile inuenire, praeſertim cum nonnulla vocabula alii vocabulo, tamquam fonti vel matri tam mire ſubiecta ſint, vt interdum hariolus eſſe cogatur, qui illa quaerat. *Hederici* Lexicon ab *Erneſtio* auctum ob plures ſignificationes vocabulorum eſt praeferendum *Scapulae;* at ſimul huic poſtponendum hactenus, quod nulla ſcriptorum loca, quae ſignificationibus illis illuſtrandis et confirmandis ſeruiant, illic inueniuntur. Multae vero vocum ſignificationes ſunt tales, vt, niſi loca addantur, ſatis intelligi nequeant, mensque lectoris incerta maneat. Ambo praeterea Lexica ſunt manca. Deſunt in iis non modo vocabula, ſed etiam non paucae conſtructiones et ſignificationes vocabulorum.

Verum quamdiu certae definitaeque ſignificationes vocabulorum in Lexicis non traduntur,

Digitized by Google

tur, idoneisque locis priſcorum non confirmantur et illuſtrantur, tamdiu interpretes priſcorum huic vel illi vocabulo hanc vel illam vim, prout contextus hanc vel illam ſuadere videatur, vel potius pro ſuo cuique guſtu et intelligentia placeat, tribuere non dubitabunt. Hinc videmus, ſaepe in notis et indicibus priſcorum vocabula ab alio aliter explicari, nullo nec argumento nec loco e priſcis adlato. Lectori, niſi eſt linguae graecae valde peritus, et adſuetus ſeuerae explicandi rationi, placet ſaepe iſta diverſa explicatio. Sed ſic tandem mens eius perturbetur et incerta, quaenam explicatio magis veritate nitatur, fiat neceſſe eſt. Hinc patet, viam diſcendae linguae latinae, ob meliorem Lexicorum latinorum rationem longe hodie expeditiorem eſſe, quam graecae. Optandum eſt, vt vir aliquis, praeſidiis idoneis inſtructus, adgrediatur ad Lexicon graecum adcuratius elaborandum, in quo non modo omnia vocabula explicentur, ſed etiam ſignificationes et conſtructiones eorum, quam fieri poſſit diligentiſſime, iuſto ordine enarrentur locorumque idoneorum auctoritate ſtabiliantur, quemadmodum fere vel in *Geſneri Theſauro latino* factum eſt, vel in meo qualicumque *Lexico* latino vt fieret operam dedi. Illius magnitudinem per ſe intelligitur longe debere excedere modum Lexici Hedericiani, vtpote nimis anguſtum, et aequare fere magnitudinem Scapulae. Debet vero ille ſimul valere ſcientia examinandi interpretationes, vt

Digitized by Google

veterum, ita recentiorum, falſasque a veris diſcernendi, atque veritatis ita eſſe amans, vt non modo nihil auctoritati aliorum, licet celebrium, temere tribuat, ſed ne ea quidem, quae ipſe alicubi perperam dixerit, corrigere, veritate ita poſtulante, dubitet. Non ego ſane is ſum, qui tali labori par videar; adeo pauculae ſunt copiolae meae. Maioribus vtique copiis opus eſt ad talem librum legitime concinnandum.

Ceterum paucula exempla adferam, quae id, quod de manca adhuc ratione Lexicorum graecorum ſupra dixi, quodam modo doceant. Sed ne nimis longus fiam, tantum fere de nonnullis ſignificationibus vocabulorum, quas in illis Lexicis praetermiſſas eſſe videre mihi viſus ſum, ſermo hic erit.

1) Τέτυκται non ſemper eſt *factus (a, um) eſt*, ſed ſaepe etiam ſignificat *eſt*, atque ita pro ἐςὶ ponitur. Exempla multa ſunt ap. Homerum, v. c. Ζεὺς, ὅς τ' ἀνθρώπων ταμίης πολέμοιο τέτυκται, Il. δ', 84. τ', 224 i. e. *eſt*: ſic κακὸν δέ τε σῆμα τέτυκται, Il. χ', 30 et ſic ſaepius, v. c. Il. π', 589. φ', 191 cet.: ſic et ἐτέτυκτο ſeu τέτυκτο i. e. *erat*, Il. ρ', 279. φ', 191. ψ', 455 cet.: ſic ἐτέτυξο i. e. *eras*, Il. μ', 164.

2) Ἔπλετο (a πέλομαι) proprie *erat*, ſaepe pro ἐςὶ *eſt* ponitur, v. c. Hom. Il. α', 506. β', 480. θ', 552. cet.; ſic ἔπλεο, i. e. *es*, Il. α', 418.

3) Κελαινεφὴς ſimplic. *niger*, v. c. αἷμα, Hom. Il. δ', 140. ε', 798.

4) Φυ-

Digitized by Google

4) Φυκλὰ i. e. *poteſtas fugiendi*, Hom. Il. π', 128: ſic νηκλὸν i. e. *poteſtas natandi*, Anacr. III, 5. (hic not. ſimul φύξιμον i. e. *effugium*, Hom. Od. ε', 359, et φύξιμος i. e. *qui effugere poteſt*, ſeq. Accuſ. Sophocl. Antig. 788).

5) Τελευτήσεσθαι i. e. *fore, factum iri*, Hom. Il. ν', 100: ſic τετελέσθαι i. e. *fore, factum iri*, Hom. Il. α', 204: ſic πάντα τελέεται i. e. *omnia fient*, Odyſſ. τ', 305: τετελεσμένον ἔσαι i. e. *fiet*, Hom. Il. α', 212. ψ', 410.

6) Εὔχομαι εἶναι i. e. *ſum*, vel *dico* (*profiteor*) *me eſſe*, ſed prius praeplacet, v. c. εὔχομαι εἶναι υἱὸς cet. Hom. Odyſſ. α', 180: ὅς — ἄριστος εὔχεται εἶναι i. e. *eſt*. Il. α', 91. β', 82 et ſic ſaepius v. c. Il. ε', 246. ζ', 210. Odyſſ. ε', 450 cet. In nonnullis locis fateor poſſe explicari *profiteor*, *dico*, interdum et *glorior*; ſed vix vbique quadrat, meliusque conuenit *ſum*, *eſt* cet.

7) Ἵημι τι, *mitto*, *iacio aliquid*, v. c. *lapidem*, *iaculum* cet. notum eſt; coniungitur vero etiam cum *Datiuo* rei, quae iacitur, v. c. βώλῳ i. e. *gleba*, Xenoph. Cyrop. VIII, 3, 28: vt noſtri dicunt, *mit einem Steine werfen:* Sic Hom. Il. β', 774 Δίσκοισι τέρποντο — ἱέντες τόξοισί τε, vbi aptius, mea ſententia, *Datiuus* refertur ad ἱέντες quam ad τέρποντο. Sic et βάλλειν, v. c. ἰοῖς pro ἰὰς, v. c. ἰοῖσί τε τιτυσκόμενοι λάεσσί τ' ἔβαλλον, Ibid. γ', 80, vbi nihil impedit, quo minus iſti *Datiui* coniungantur cum ἔβαλλον. Et cum ſaepius dicatur βάλλειν τινα *aliquem ferire*, *adtingere*, *icere*, (vt nos: *jemanden*

Digitized by Google

werfen, *treffen*, v. c. *mit einem Steine*) cur non poſſit inſtrumentum, quo aliquis feritur, in *Datiuo* poni? Imo in quo alio caſu, quam *Datiuo*, poni apte queat? Sic Cicero Fin. IV, 9. dixit *traiicere murum iaculo* pro *iaculum trans murum*.

8) *Verba Transitiua*, quae alias *Accuſatiuum* ſecum habent, reperiuntur et iuncta *Genitiuo*, v. c. δεῖ — λάμβανειν — τῶν χυτρῶν, Ariſtoph. Av. 355; πτερῶν ἐμῶν λαβȣ̃σα, Ibid. 1759. Alibi Ariſtophanes iungit Accuſatiuo, v. c. τὰς χύτρας λαβȣ̃σα, Plut. 1199. Et quid impedit, quo minus vnus idemque homo duplici conſtructione vtatur? Sic accipere licet λάβε γȣ́νων pro γόνατα, Hom. Il. ά, 470 et 500; vbi poſſit quidem e praecedd. μιν (i. e. αὐτὸν) intelligi, vt locutio haec ſimilis fiat illi λαβεῖν τινὰ ποδῶν, Hom. Il. δ', 463. Sed quae neceſſitas id cogit facere? Sic Cicero Verbum *memini* et *Genitiuo* et *Accuſatiuo* iungit; idemque *egeo* et *indigeo* tum *Genitiuo*, tum *Ablatiuo*. Et ſic plura ap. Latinos. Scio equidem, ſaepe ad *Genitiuos* quosdam intelligi ſolere Pronomen τὶς, τὶ; ſed quis hoc vbique neceſſarium credat? Sic τέμνειν τὴν γῆν et τῆς γῆς, i. e. *terram vaſtare*, *depopulari*, occurrit, v. c. ἔτεμον τὴν Τροιζηνίδα γῆν, Thucyd. II, 56; et paullo ante ἔτεμον τῆς γῆς τὴν πολλὴν: ſic τὴν γῆν πᾶσαν ἔτεμον, Ib. 57: et cum *Genit.* v. c. τῆς γῆς ἔτεμον, Ib. I, 30: τῆς τε γῆς ἔτεμον, Ib. II, 56. *Gottleberus* vult hic intelligi τὴν πολλὴν. Quae ellipſis inaudita eſt. Melius, ſi

ſi quid deeſſe debet, dixiſſet cum Scholiaſte deeſſe μέρος τι. Sed forſan nihil deeſt. Eſt forſan vt *meminiſſe rei* et *rem*, *egeo rei* et *re* (quid hic deeſt?), vel λαβεῖν χύτρας et χυτρῶν, de quo ante dictum. Et ſic plura Verba cum *Genit.* et *Accuſat.* reperiuntur; ſic χαλᾷν τὴν ὀργὴν Ariſtoph. Veſp. 726 et τῆς ὀργῆς, Ariſtoph. Av. 381 i. e. *iram remittere.* Vtrumque enim idem valet. Sic contra ἰδεῖν, quod Accuſatiuum regere ſolet, etiam cum *Genit.* reperitur, v. c. εὖ εἰδῇ σοφίης Hom. Il. ό, 412; praeſertim Particip. εἰδὼς (i. e. ſciens, peritus) ſaepiſſime Genitiuo iungi notum eſt. Sic τυγχάνειν, quod *Genitiuum* amat, Accuſatiuum ſecum habere videtur Ib. έ, 582 ἀγκῶνα τυχών; niſi hic velis κατὰ intelligere, ita, vt ſimul αὐτȣ̃, quod ad τυχὼν referatur, intelligas; quod tamen forſan non opus.

9) ὧδε, proprie *ſic*, *ita*, ſaepiſſime pro τȣ́το ponitur, v. c. Hom. Il. ά, 212. ψ́, 410 cet. Sicque Latinorum *ita* et *ſic* vſurpari, v. c. ante *Accuſ.* cum *Infin.*, in Lexico monui.

10) ἔςι τῇ (Ion. pro ἔςιν ᾗ) i. e. *quodam modo*, *quadam* ratione (forſan ſcil. ὁδῷ), v. c. ἔςι τῇ με νικᾷς cet., Herodot. I, 40, pro quo alibi dici ἔςιν ὡς, ἔςιν ὅπως, notum eſt.

11) Αἰχμάσσω, quo verbo caret Scapula, in Lexico Hederici, ab Erneſtio locupletato, reperitur, neſcio illius an huius cura, diciturque eſſe idem quod αἰχμάζω. Sed forſan reſpicitur ad Hom. Il. δ́, 324. vbi eſt αἰχμὰς αἰχμάσσȣσι.

Digitized by Google

σȣσι. Sed hic videtur eſſe *Futurum* ab αἰχμάζω.

Turbant deinde ſaepe etiam interpretes, non vbique quaeque adcurate et diſtincte tradentes, ſaepe contextus magis quam ſignificationis propriae vocabuli rationem habentes atque ita inter ſe, vt fit, (quia vel nulla certa regula eſt, vel nullam certam regulam ſequuntur) diſſidentes; v. c.

1) Vulgo tradunt, praeeunte maxime *Kuſtero* (cuius de laudibus nihil detractum velim), *Verba Media* reciproce vſurpari. Quod qui crederet tam ſubtiliter praeceptum eſſe, vt numquam *Media* pro *Tranſitiuis* ſ. *Actiuis* poni arbitraretur, is erraret. Saepiſſime enim ſic *Media* occurrunt, v. c. σημαίνεσθαι pro σημαίνειν eſt Herodot. II, 38. σημαίνεται βύβλῳ περὶ τὰ κέρεα pro κέρατα εἱλίσσων. Sic σείεσθαι vel σεύεσθαι τινὰ ſaepe ap. Hom. pro σείειν: ſic σκοπεῖσθαι Xenoph. Memor. II, 2. 4. II, 6, 4. pro quo alibi ſaepe σκοπεῖν vſurpat. Sic προτρέπειν et προτρέπεσθαι τινὰ nihil differre poſſunt; illud legitur Xenoph. Cyrop. III, 3, 51. Memor. I, 2, 64; hoc Xenoph. Memor. I, 2, 32. III, 3, 8. Sic occurrit non modo τύπτειν τινὰ, ſed et τύπτεσθαι τινά, v. c. τύπτονται τὸν κριὸν, Herodot. II, 42 extr. (alibi τύπτονται eſt *verberant ſe*, Ib. 40 extr.). Sic εἴδω et εἴδομαι (Hom.) i. e. video, ὀΐω et οἴομαι, τίω et τίομαι τινὰ (Hom.), τιμάω et τιμάομαι τινὰ (Xen. Cyrop. VIII, 7, 15.) cet. Sic θυμὸν ἐξαιρεῖσθαι

τινί,

Digitized by Google

τινὶ, Hom. Il. ρ', 678. χ', 388.; cur non ἐξαιρεῖν? Et ſic innumerabilia. Pertinet huc inprimis θέσθαι νόμον, i. e. legem *ferre* ſeu *facere*, ſiue ſermo ſit de populo eam iubente, ſeu de homine illam promulgante. *Kuſterus* quidem de *Verbis Graecorum Mediis* p. 131. Ed. Woll. ait, θεῖναι νόμον dici de *legislatore*, θέσθαι νόμον dici non de legislatore, ſed *de populo*, qui *legem a legislatore ſibi ferri facit*, *curat* vel *mandat*, vel *legem a legislatore latam accipit*, *eamque ſuffragio ſuo confirmat*. Idem fere repetiit Cel. Erneſti ad Xenoph. Memor. IV, 4, 19: „*homines*, inquit, *dicuntur θέσθαι νόμȣς*, *quia ſibimet ipſi conſtituunt*, *dii autem θεῖναι*; *quia aliis ſcil. hominibus*, *vt demonſtrat Kuſterus de Verb. Med. et hic locus plane docet. cf. ſupra n. 14.*" Sed vt hic locus ita explicari poſſit, tamen non continuo inde ſequitur, illud Medium vbique ſic explicandum eſſe neceſſario. Imo, vt alia *Media* innumerabilia pro *Tranſitiuis* ſeu *Actiuis* poni ſupra dictum eſt, ſic et θέσθαι νόμȣς de legislatore non ſemel occurrit, v. c. de Solone, legislatore illo Athenienſium, bis legitur ap. Herodot. I, 29. Verba ſunt: Σόλων, ὃς Ἀθηναίοισι νόμȣς κελεύσασι ποιήσας ἀπεδήμησε ἔτεα δέκα — ἵνα δὴ μή τινα τῶν νόμων ἀναγκασθῇ λῦσαι, τῶν ἔθετο. Et ſtatim: ὁρκίοισι γὰρ μεγάλοισι κατείχοντο, δέκα ἔτεα χρήσεσθαι νόμοισι, τȣς ἂν σφισι Σόλων θῆται. Hic ἔθετο et θῆται de Solone. Cur Herodotus non *Tranſitiuo* ſeu *Actiuo* vſus eſt? Et ipſe *Kuſterus* in libro citato laudat ipſe

Digitized by Google

ipſe duo loca Plutarchi, vbi θέσθαι νόμους de legislatore dicitur, alterum de Solone, alterum de Xanthippo; ſed addit Vir Celeberrimus, id minus adcurate dici. Cur minus adcurate? nonne quia iſta loca ipſius opinioni repugnant? Loca Herodotea non adfert. Quae ſi adtuliſſet, forſan et Herodotum dixiſſet minus adcurate dixiſſe. At forſan propterea θέσθαι νόμους de legislatore, v. c. Solone vſurparunt Herodotus et Plutarchus, quia Solon non modo populo, ſed ſibi ipſi ſimul illas leges tulerit. At hoc eſt argutari. Nam alibi de legislatoribus Athenienſium et Lacedaemoniorum, Solone, Dracone et Lycurgo vſurpatur *Tranſitiuum* ſeu *Actiuum*, cuius rei exempla Kuſterus non pauca adfert. Non video, cur τίθεσθαι et τιθέναι, quod vtrumque *facere* ſignificat, non aeque bene de legislatore dici poſſit. Et locus Xenophontis, ad quem *Erneſti* illam notam adpoſuit, haud neceſſario, ſi quid video, de populo legem accipiente vel ſibi conſtituente intelligi debet. Aeque bene de *legislatore* accipi poteſt. Xenophon ibi ait: Ἔχοις ἂν οὖν εἰπεῖν, ἔφη, ὅτι οἱ ἄνθρωποι αὐτοὺς (νόμους) ἔθεντο; Hic ſermo eſt de hominibus in vniuerſum, non neceſſario de populis. Sic et ſe res habet cum loco ab Erneſtio laudato, Xenoph. Memor. IV, 4, 14. οὓς (νόμους) γε πολλάκις αὐτοὶ οἱ θέμενοι ἀποδοκιμάσαντες μετατίθενται. Quinam ſunt οἱ θέμενοι? Homines, non neceſſario populi, qui nemini forſan in mentem veniſſent, niſi

niſi praeceptum illud Kuſterianum de vi Verborum Mediorum imbibiſſet. In vtroque nihil aliud eſt θέσθαι νόμους, quam leges *facere*, *ferre*. Videtur itaque certum, θέσθαι νόμους eſſe nihil aliud, quam *leges* facere vel ferre, nulla habita perſonae ratione; ſiue ſermo ſit de homine illas faciente vel ferente, ſeu de populo illam accipiente et iubente. — Aeque ſe res habet cum formula ἄγεσθαι γυναῖκα, quam dicit Kuſterus in laudato libro p. 41. ſignificare *ducere vxorem* (*heurathen*), diciqu̧e de ſolo ſponſo; cum contra ἄγειν γυναῖκα foret *vxorem ſuam* vel *alienam aliquo ducere* cet. At ἄγεσθαι γυναῖκα, quamquam alibi eſt *ducere vxorem* (de ſponſo), tamen etiam de patre dicitur, qui filio dat vxorem, v. c. Herodot. I, 30 de Croeſo: ἄγεται τῷ παιδὶ γυναῖκα. Poteſt vero etiam explicari, *curare vxorem ducendam filio*, vt διδάξασθαι, *erudiendum curare*. Senſus tamen idem manet. Hoc certe adparet, non ſemper illam formulam ſignificare *ducere vxorem*, de ſponſo, vt Kuſterus tradit.

2) Clar. *Zeunius* explicat (in Indice Xenoph. Cyrop.) οἴχομαι iunctum Participio per *ſtatim*, v. c. Φεύγων ᾤχετο vertit *celeriter* (vel *ſtatim*) *aufugit* (Cyrop. VI, 2, 19). Quomodo οἴχεσθαι hanc vim habere poſſit? Deinde ne vlla quidem neceſſitas, nec contextus ratio, quae ſola conſulta, nulla habita ſignificationis propriae ratione, tot minus neceſſarias ſignificationes vocum hucusque perperam peperit, effecitque, vt ſignificationes vocabulorum, ab horum natura plane

plane alienae ſaepius fingerentur, cogit ita interpretari. Οἴχεσθαι eſt *abire*, φεύγειν *fugere*. Ergo ᾤχετο φεύγων nihil aliud eſſe poteſt, quam *fugiebat*, *aufugiebat*, proprie *abibat fuga* ſeu *fugiens*. Poſſit et ſimpliciter eſſe pro ἔφυγεν, vt οἴχεσθαι pleonaſtice ſit additum. Sic ᾤχετο ἀπιών, i. e. *abiit*: ſic ᾤχετο ἀποπτάμενος Hom. Il. β', 71 i. e. *auolauit*, proprie *abiit auolando*. Notio *celeritatis* vel τοῦ *ſtatim* quomodo in ᾤχετο eſſe queat, non video. Melius *Vigerus* de Idiotiſm. Gr. linguae Cap. VI, ſect. 2. ait: οἴχεσθαι cum Participio ἀπιών et aliis Participiis *eleganter* redundare. Nollem addidiſſet *eleganter*. Quae enim *elegantia* in *redundantia*? Aeque mirum hoc eſt, atque id, quod nonnulli de *Adiectiuis* in Poetis latinis dicunt, ea eſſe vel augentia (i. e. notionem aptam habentia) vel ornantia. Per *ornantia* intelligunt ſuperuacanea, inutilia nullamque aptam vim habentia, v. c. *humidus imber*, *humida maria* cet. — Sic et *Participium* ἰών volunt indicare *celeritatem*, et explicari debere *ſtatim*, v. c. ἀριστᾶτε ἰόντες, Xenoph. Cyrop. V, 4, 22. quod B. *Zeunius* vertit *ſtatim prandete*. Praeter neceſſitatem. Seruit potius ἰόντες adhortationi, eſtque vertendum: *ite et prandete*, *geht und eſſet*. Sic et Infin. ἰέναι ſeq. Participio celeritatem indicare, et per *ſtatim* explicari debere putat *Erneſti* ad Xenoph. Memor. III, 9, 9. vbi ἐξεῖναι γὰρ αὐτοῖς ἰέναι πράξοντας τὰ βελτίω τούτων verti iubet: *Nihil enim impedire, quo minus ſtatim abeant et meliora faciant.*

Digitized by Google

faciant. Ergo ἰέναι *ſtatim abire?* Cur non adcuratius: *poſſe enim illos abire et meliora facere,* ſeu *poſſe enim illos adgredi ad meliora agenda,* ſeu *nihil impedire eos, quo minus adgrediantur ad meliores res agendas.*

3) καὶ ταῦτα i. e. *et quidem,* ſeu *et id, et ea, und zwar,* ſeu *und das* (pro *und zwar*) Xenoph. Cyrop. II, 2, 16. II, 3, 9: male *Zeunius* in Indice vertit *inprimis.* Pro *et quidem* Latinos ſaepe dicere *et id, et eum, eam, ea* etc. notum eſt tironibus. Sed nemo explicauit adhuc, quod ſciam, *inprimis.* Seruit haec formula non niſi explicationi magis definitae rerum. Quis haec verba: *pater meus aegrotat, idque Berolini* vertat vernacule: *iſt krank, zumal (beſonders) in Berlin?*

4) Idem *Zeunius* in Indice Cyrop. in voce Ἐν ponit ἔν τινι λέγειν, et explicat *apud aliquem dicere.* Parum adcurate. Debebat dicere ἔν τισι vel ἐν τοῖς ἀνθρώποις λέγειν, vel λέγειν ἐν ſeq. Dat. Plur. cet. Ac ſi loca, quae ibi laudat, euoluis, reperis ibi ἐν ſeq. Plurali, v. c. ἐν αὐτοῖς, ἐν ἄλλοις cet. Et aliter vix dici poteſt.

5) *Zeunius* ibidem ἔτι, ſaepiſſime iunctum Comparatiuo, explicari iubet *multo,* v. c. ἔτι ἐλάττων *multo minor* (V, 4, 10). Male. Ἔτι eſt noſtrum *noch,* quod Comparatiuo iungitur pleonaſtice, v. c. *dieſer Wein iſt zwar gut; aber jener iſt doch, dächt' ich, noch beſſer* ſeu *noch etwas beſſer.* Quis hic τὸ *noch beſſer* explicare ſuſtineat *viel beſſer* (*multo melius*)? Nihil enim aliud

eſt, quam *er iſt doch beſſer; eſt tamen melius*; quanto autem melius ſit iſtud vinum, vtrum multo an paullo melius, hoc nondum ex illis verbis liquet. Ergó ἔτι redundat, et Latini noſtrum *noch* (Gr. ἔτι) ap. *Comparat.* vertere non ſolent; dicunt: *vinum hoc bonum quidem eſt, illud tamen melius.* Et quis in verbis *noch etwas beſſer* τὸ *noch* explicet *viel?* Quid foret *viel etwas beſſer?* Sic ἔτι μᾶλλον Xenoph. Cyrop. III, 2, 18. IV, 2, 42 eſt *magis* (*noch mehr*, non *multo magis*: nam ſi ἔτι μᾶλλον foret *multo magis*, quomodo verteres πολὺ μᾶλλον ἔτι Ib. IV, 5, 12? Hoc demum eſt *multo magis.* Sic πολλῷ ἔτι χαλεπώτερον Ib. I, 6, 17 i. e. multo difficilius. Adparet manifeſto, ἔτι in his redundare. Sed nonnulli eruditi, forſan vt omnia explicare poſſe videantur aliaue de cauſa, contendunt ſerio, ne vnum quidem vocabulum, ac ne vnam quidem particulam redundare, hincque vi expriمunt explicationes ſingulares pro libidine. Vid. ſequentia.

6) τὶς, τὶ poſt πολὺς, ὀλίγος aliaque Adiectiua quantitatem vel qualitatem indicantia ſaepe occurrit. Quaeritur, quam vim habeat. Vigerus de Idiot. Gr. linguae III, 11, 11 putat *eleganter* παρέλκειν (mire dictum, aliquid redundare quidem, attamen elegantiam quamdam ineſſe: quaenam ineſt?), et Hoogeueenius (quem alibi notum eſt, nullam particulam plane otioſam credere velle) adſentiri videtur. *Zeunio* videtur *augere*, et eſſe *valde*, v. c. πολύν τινα χρό-

Digitized by Google

χρόνον Xenoph. Cyrop. I, 4, 27: ὀλίγοι τινες, Ib. V, 4, 25 et Xenoph. Exped. IV, 1, 7, quod *Zeunius* explicat *perpauci:* μικρȣ̃ τινος ἄξια, Xenoph. Memor. II, 1, 19, quod *Zeunius* (ad Cyrop. I, 4, 27) vertit *perparui pretii:* πόσαι τινές εἰσι (ſcil. πρόσοδοι); Ib. III, 6, 5, quod *Zeunius* ibidem vertit, *quanti omnino ſunt reditus?* μικρόν τι μέρος, Xenoph. Cyrop. I, 6, 14. *Erneſti* ad Xenoph. Memor. I, 2, 39 etiam credit, vim ineſſe intendendi, ſic et *Bachius* ad Xenophontis libellos a ſe editos. Ego nullo modo mihi perſuadere poſſum, hoc pronomen hanc vim habere, vel habere poſſe. Si quam vim habet, ſignificat *aliquis*, *aliqua* cet. vel *vllus, a, um*, vel *quidam*, *quaedam* cet., quod poſtremum Romani ſaepe Adiectiuis addere ſolent ita, vt aeque bene abeſſe poſſit (vid. exempla in Lexico meo); et ſic explicare licet in laudato loco Xenoph. Memor. I, 2. 39 διαλέγεσθαι ἄλλοις τισὶ i. e. *cum aliis vllis*, vt Erneſti vertit, vel ſimpl. *cum aliis.* Nam ſaepiſſime vel potius plerumque ita poſt eiusmodi Adiectiua redundat, vt nullo vocabulo exprimi poſſit, imo vt ne notio quidem excogitari queat, quae illi Pronomini apte reſpondeat; v. c. πᾶς τις. Xenoph. Cyrop. VII, 2, 21. Ariſtoph. Av. 1180. Quid hic ſignificat τὶς? Sic ἕνα τινὰ pro ἕνα, Ariſtoph. Av. 900: ſic ποδαπός τις εἶ; Ib. 908: ſic ποίαν τινὰ φύσιν ἔχων καὶ ποίᾳ τινὶ παιδείᾳ παιδευθεὶς cet. Xenoph. Cyrop. I, 1, 6: ſic ὁποία τις δίκη, Xenoph. Hiſt. Gr. VII, 3, 6: πόσαι τινές εἰσιν αἱ

 προσο-

πρόσοδοι; Xenoph. Memor. III, 6, 5, qui locus iam ante laudatus eſt. Sic poſt τοιόςδε, v. c. ἡ γραφὴ τοιάδε τίς ἦν, Xenoph. Memor. I, 1, 1, vbi notes *Erneſtium* vertere illud τὶς per *fere*, et, ne δε otioſum ſit, hoc etiam exprimere per ſyllabam *ce*, quae Pronomini *hic*, *haec* cet. adiungi ſaepe ſolet. Totum enim locum vertit: *huiuscemodi fere erat:* ὧν ἐςιν ἀρχὴ τοιάδε τις, Ib. II, 6, 11. Et ſic in longe pluribus. Scio equidem, eruditorum non paucos hodie nolle vocabuli vllius redundantiam concedere; contendunt, talia vocabula ſemper aliquam vim habere, licet in aliam linguam transferri nequeant. Ipſe velim, hoc defendi poſſe. Valde enim eruditorum dignitas augeretur, ſi pateret, nihil omnino eſſe, quod ab iis explicari non poſſet. Sed qua, quaeſo, ratione defendunt? Vtrum coniecturis et opinionibus, an argumentorum grauitate et locorum ſimilium omnium conuenientia? Si vocabulum non debet eſſe ſuperuacaneum, debet certus definitusque ſenſus ineſſe, qui verbis declarandus eſt, (et quidquid intelligimus, verbis declarari poteſt); hoc igitur vocabulum debet poſſe verti, ſaltem explicari rite h. e. e vi vocabuli primaria et propria, contextu ſimul apte vbique conſentiente. Quis autem credat, τὶς, τὶ, τινὲς natura ſua poſſe vim intentendi habere? Quis credat, *magnum aliquem hominem* (μέγαν τινα ἄνθρωπον) eſſe *maiorem alio magno homine*? Quis credat, *multos aliquos* eſſe *plures aliis multis*? Nemo vero huc trahat formu-

formulam *eſt aliquid*, quando in laudem dicitur, vt in illo: *Eſt aliquid nupſiſſe Ioui* cet. i. e. *eſt res non contemnenda*, *eſt res magna* cet. ſimilesque formulas ironicas. — Deinde *Erneſti* ipſe ſenſit, τὶς, τὶ non habere vbique poſſe vim intendendi; quia ad Xen. Memor. I, 1, 1, quem locum ſupra memoraui, illud vertit per *fere*. Sed inter *fere* et inter *vim intendendi* quantum diſcrimen intercedit? Recte igitur puto, id pronomen in tali conſtructione redundare. Et cur hoc non fateamur, cum non modo plures pleonaſmi in lingua graeca occurrant, ſed idem quoque in aliis linguis fiat, deinde id totum naturae rei ſit conueniens.

1) *Primum* plures *pleonaſmi* in lingua graeca reperiuntur, v. c.

a) ὁ μὲν — ὁ δὲ, *alter* (*alius*) — *alter* (*alius*) vel tironibus notum eſt. Sed adiicitur etiam ſaepe τὶς per redundantiam, v. c. ὁ μέν τις αὐτῶν εἶπε — ὁ δέ τις cet. Xenoph. Sympoſ. II, 6, vbi τις bis abeſſe poterat: ſic οἱ μὲν — οἱ δὲ — ὁ δέ τις — ὁ δέ τις i. e. *alii* — *alii* — *alius* — *alius*, Xenoph Cyrop. VI, 1, 1: οἱ μέν τινες — ἀπέθνησκον, οἱ δ' ἔφευγον, οἱ δέ τινες καὶ ἑάλωσαν αὐτῶν, Ib. III, 2, 10, et paullo poſt §. 12. τοὺς αἰχμαλώτους δεδεμένους, τοὺς δέ τινας καὶ τετρωμένους, vbi non praecedit τοὺς μέν. Porro ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν σκυτοτομεῖ — ἕτερος δὲ χαλκεύει τις· ὁ δὲ τεκταίνεται· ὁ δὲ χρυσοχοεῖ — ὁ δὲ λωποδυτεῖ — ὁ δὲ τοιχωρυ-

Digitized by Google

χεῖ· ὁ δὲ κναφεύει τις· ὁ δὲ cet. Ariſtoph. Plut. 162 ſeqq., vbi τις apud ἕτερος et poſt κναφεύει abeſſe manifeſto poterat. Et ſic ſaepius.

b) τὲ ſaepiſſime redundat, v. c. κύματα θαλάσσης, τὰ μέν τ' Εὖρός τε Νότος τε ὤρορε, Hom. Il. β', 145 i. e. *fluctus maris, quos Eurusque Notusque commouit*, vbi primum τὲ poſt μὲν manifeſto redundat; ſic ὅτε τε ξανθὴ Δημήτηρ κρίνει cet., Ib. ε', 500, vbi τε poſt ὅτε nihil valet; ſic ὅτε τε pro ὅτε Ib. β', 471: ſic ὥςε pro ὡς *vt, quemadmodum*. Ib. 474 ac ſaepius: et ὥςε i. e. *vt* (*daſs*), vel *ita vt*, quid aliud eſt, quam ὡς, adiecto τέ? Sic ὅςε pro ὅς Ib. δ', 84. τ', 224. Et cui ignota eſt formula vbivis obuia οἷός τ' εἰμὶ i. e. *poſſum*, et οἷόν τέ ἐςι ſeu οἷόν τ' ἐςὶ i. e. *fieri poteſt*?

c) καὶ ſaepe eſt otioſum v. c. 1) inter duo Adiectiua, quorum prius ſolet eſſe πολὺς, v. c. ἐν ᾧ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα ἀναθήματα ἐθεωρῦμεν, Cebet. init.: πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ φίλοι, Xenoph. Cyrop. V, 2, 11. πολλὰ καὶ ἀγαθὰ, Ib. IV, 5, 15: πολλαὶ καὶ καλαὶ πράξεις, Ib. VIII, 7, 3: πολλὰ καὶ τοιαῦτα ἑάλω, ὥςε μὴ cet. Ib. IV, 5, 7: πολλὰ καὶ πονηρὰ, Xenoph. Mem. II, 9, 6: πολλὰ δὴ καὶ δεῖν' ἰδὼν. Ariſtoph. Av. 860. 2) poſt alia, v. c. poſt ὅς, ὅσπερ, οἷός περ et particulas comparationi ſeruientes, v. c. τοῖς αὐτοῖς, οἷς καὶ πρόσθεν, μάχεσθαι, Xenoph. Cyrop. VI, 4, 17: ὃς καὶ σύνθηρός ποτε ἐγένετο,

Digitized by Google

νετο, Ib. III, 1, 7: ᾧ καὶ τὴν ϛολὴν ἐκδὺς ἔδωκε, Ib. V, 1, 1: ὁ αὐτὸς ἄρξει ὑμῶν, ὥσπερ καὶ πρότερον, Ib. IV, 4, 10: μεθ᾽ ὧνπερ καὶ οἰκοῦσι, Ib. IV, 2, 2: καὶ ταῦτα ὅμοιος εἶ, οἷός περ καὶ τἄλλα, Ib. VI, 1, 37, vbi καὶ ante τἄλλα abeſſe manifeſto poterat: ὑμεῖς δὲ ὅπως (i. e. ſicut) καὶ γιγνώσκητε, οὕτως καὶ ποιεῖτε, Ib. V, 1, 22 i. e. *vt* (*quemadmodum*, *ſicut*) — *ita* cet.: ſic ὥσπερ καὶ, Ib. I, 6, 3: ſic καὶ δὲ occurrit, vbi vel καὶ vel δὲ redundat, v. c. καὶ σὺ δὲ ἀπάγου τήν τε γυναῖκα cet. Ib. III, 1, 37: ſic ὑμεῖς δὲ, Ib. §. 2; cf. Ib. I, 6, 3. IV, 5, 12: Ἡμεῖς μεν — ὑμῖν πιϛεύομεν· καὶ ὑμᾶς δὲ χρὴ — οὕτω ἔχειν, Ib. IV, 2, 20. vbi καὶ redundare manifeſtum eſt.

d) δὲ, vt alibi, ita in membro conſequente ſaepe ap. Homer. redundat, v. c. Il. έ, 261, vbi αἴκεν praeceſſit, et 439, vbi ὅτε praecedit cet.

e) γὲ quater eſt Hom. Il. έ, 287 ſeq. Verba ſunt: ἀτὰρ οὐ μὲν σφῶΐ γ᾽ ὀΐω πρίν γ᾽ ἀποπαύσεσθαι, πρίν γ᾽ ἢ ἕτερόν γε πεσόντα αἵματος ἆσαι Ἄρηα cet. An hic γὲ ne ſemel quidem redundet? Poſt πρὶν certe, niſi vtrumque, at alterutrum ſi abeſſet, nemo forſan requireret; cf. Ariſtoph. Plut. 371 — 373, in quibus verſibus Chremylus quater illam Particulam vſurpat. Cel. *Hoogeueenius*, cuius ingenium et eruditionem merito magni facio, in *Doctrina Particularum graecarum* adfert iſta

duo loca eo conſilio, vt γὲ non otioſam particulam eſſe doceat. Quod vt demonſtret, ellipſin auxilio vocat. Quae ſententia an aliis me doctioribus placeat, neſcio. Mihi quidem, vt ingenue fatear, videntur tales ellipſes coactae eſſe. Si ellipſes fingere ſcriptoribusque tribuere vbique liceret, quid explicari non poſſet!

f) αὖ πάλιν notiſſimum vel tironibus eſſe credo; vbi alterutrum abeſſe poterat.

g) ὡσαύτως ὅτω vel ὡσαύτως ὅτως reperitur v. c. Xenoph. Cyrop. I, 1, 2. I, 6, 4. Quis hic pleonaſmum non agnoſcat?

h) καὶ γὰρ i. e. *etenim*, *enim*, *nam*, cui haud notum eſt? Reſpondet ipſi Latino *etenim* pro *enim*. Quis hic *et*, vt illic καὶ, ſeparatim explicet? Sic ἀλλὰ γὰρ, *ſed*, *enimuero*, Xenoph. Mem. II, 1, 17 vbi γὰρ redundat: ſic ap. Latinos *ſed enim*, *at enim* cet. pro *ſed*, *at* cet.: ſic *enimuero* pro *vero*, notum eſt.

i) ἂν vel κὲ, κὲν repeti notum eſt. Quis maiorem vim ineſſe credat?

k) Poſt *Comparatiuum* ſciunt tirones ſequi vel ἢ vel pro hoc *Genitiuum*. Sed et inuenitur vtrumque iunctum, v. c. Ἠσκήκατε τὰ εἰς τὸν πόλεμον πολὺ μᾶλλον ἢ τῶν πολεμίων, Xenoph. Cyrop. VI, 4, 14 vbi vel ἢ abeſſe vel ſcribi debebat ἢ οἱ πολέμιοι. Ergo eſt redundantia, vt ipſe *Zeunius* fatetur, qui tria ſimilia loca e Xenoph. laudat. Addo alium pleonaſmum pronominis τὅτο ap. Comparatiuum,

Digitized by Google

tiuum, ſequente Genitiuo, qui ab illo Comparatiuo regitur, v. c. Τί γὰρ τούτου μακαριώτερον, τοῦ γῇ μιχθῆναι, ἢ πάντα — τρέφει; Ib. VIII, 7, 25 i. e. *quid beatius eſt, quam miſceri cum terra* cet. Ergo τούτου, quod nomen *Adpoſitionis*, vt in Grammaticis loquuntur, ferre poteſt, abeſſe poterat; niſi forte ſuſpicere, in illo τούτου ineſſe grauitatis aliquid. Eodem modo et Latini coniungunt *Ablatiuum hoc* (vel *quo*) cum *Comparatiuo*, licet Particula *quam* ſequatur, v. c. *Quid* hoc *tota Sicilia eſt clarius, quam omnes Segeſtanas matronas — conueniſſe?* Cic. Verr. IV, 35: *quid enim* hoc *miſerius, quam eum — fieri conſulem non poſſe?* Cic. Att. IV, 8 med.: *Quid ergo* hoc *fieri turpius — poteſt, quam eum ita labi* cet. Cic. Or. I, 37: *Quid vero* hoc *turpius, quam quod idem nullam ſenſit gratuitam eſſe virtutem?* Cic. Diuin. I, 39 extr.: *neque quidquam* hoc *eſſe turpius, quam cognitioni — adſenſionem praecurrere,* Cic. Acad. I, 12 poſt med.: ſic et *quo* (*Abl.*), v. c. Quo *quid abſurdius, quam — res ſordidas deorum honore adficere* cet. Cic. Nat. D. I, 15. Quis in his pleonaſmum, atque ita negligentiam aliquam non concedat? Quis iſtud τούτου et iſtud *hoc* vel *quo* pro elegantia habere audeat? — Sic οὔτε — οὔτε poſt *Comparatiuum* redundat Xenoph. Cyrop. II, 1, 31. Verba ſunt: οὐδὲν γὰρ ἧττον τιμᾶν ἄξιον ἐδόκει αὐτῷ εἶναι τοὺς ἀμφὶ τὰ στρατιωτικὰ ὑπηρέτας οὔτε κηρύκων οὔτε πρέ-

Digitized by Google

σβεων. *Zeunius* operoſe explicat per ellipſin laudatque duo loca, vnum e Thuc., alterum e Dionyſ., ſed non plane ſimilia. Ceterum in Thuc. ȣ̓ redundare Duckerus cum Kuhnio recte ſtatuit; ſic in Dionyſ. ȣ̓χ redundat.

l) ȣ̓ vel ȣ̓κ ſeq. ȣ̓δεὶς, ȣ̓δὲν cet. ſaepiſſime redundare quis neſcit? Quis pleonaſmum non ſentit? Stultus ſit, qui elegantiam ineſſe credat.

m) αὐτὸς poſt ὅς nonnumquam redundat, v. c. οἷς ἀγαθὰ — πᾶσιν αὐτοῖς δώσομεν, Ariſtoph. Av. 1163: θεοὶ, οἷς θυτέον αὐτοῖς, Ib. 1237: οἷς θεοὶ δοῖεν ποτ' αὐτοῖς ἀντίποιν' ἐμȣ̃ παθεῖν, Sophocl. Philoct. 316: ſic οἱ ἐκεῖνοι pro οἱ. v. c. οἳ, ἢν ἐπ' αὐτȣ̀ς ἡμεῖς ἐλαύνωμεν, ὑποτεμȣ̃νται ἡμᾶς πάλιν ἐκεῖνοι, Xenoph. Cyrop. I, 4, 19, vbi *Zeunius* elegantiam, neſcio quam, videre ſibi videtur. Sic et Latini, v. c. *quorum eorum*, Plaut. Trin. IV, 3, 16. Liv. VIII, 37.

n) ἑκὼν εἶναι et *Plur.* ἑκόντες εἶναι i. e. *ſponte*, ſaepe occurrit, vbi εἶναι redundat, v. c. ȣ̓̃τε συνθήκας ἂν ψευδοίμην εἶναι, Xenoph. Cyrop. V, 2, 10 *me fidem pactam non fallere*: ȣ̓̃τε ἂν ψεύδοιντο ἑκόντες εἶναι, Ib. §. 9: ȣ̓δεὶς ἑκὼν εἶναι τυραννίδος ἀφεῖτο, Xenoph. Hier. VII, 11, vbi *Bachius* plura loca laudat. Sed et alibi εἶναι redundat, v. c. τὸ νῦν εἶναι i. e. *nunc*, Xenoph. Cyrop. V, 3, 42. V, 5, 35: εἶδον δὲ — καὶ ἄλλο ἱρὸν Ἡρακλέος ἐπωνυμίην ἔχοντος Θασίȣ εἶναι, Herodot. II, 44, vbi

Digitized by Google

vbi quis εἶναι, ſi abeſſet, deſideraret? — Et ſic plures ſunt pleonaſmi, v. c. νιφάδες χιόνος, Hom. Il. μ', 278: quis hic pleonaſmum non videat? Sic πάντας πολλὺς Hom. Od χ', 383 videtur pleonaſtice dictum pro πάντας. Verba ſunt: Τὺς δὲ ἴδεν μάλα πάντας ἐν αἵματι καὶ κονίῃσι πεπτεῶτας πολλὺς. Similem locum haud noui, niſi forte velis conferre Latinorum *plerique omnes* pro *plerique.* Poſſit tamen et πολλὺς forſan verti *confertos* vel *ſimul, vno loco*, niſi velis cum Stephano πολλὺς referre ad ſequentia. Porro quid ſignificat φι in ὄρεσφι pro ὄρεσι? quid χι in ἧχι pro ἧ i. e. *vbi*, Hom. Il. α', 607: quid η in ὅτιη pro ὅτι? Et quis neſcit, quam ſaepe *Verba compoſita* pro *ſimplicibus* ponantur? Nonne hoc pleonaſmi nomen meretur?

Ceterum haec omnia poſui, non quod crederem, vlli eruditorum eſſe ignota, ſed hic ponenda erant, ne temere ſupra locutus viderer eſſe.

2) *Deinde* omnibus in aliis linguis occurrunt frequentes *pleonaſmi.* Hic perbreuis ero, ne putidus videar, a) in *lingua latina,* v. c. *anne* pro *an; vtrumne* pro *vtrum; pridie eius diei* ap. Cic. et Caeſ., vbi *eius diei* abeſſe poterat; ſic *poſtridie eius diei* ap. Caeſ.; *rurſus redire* ap. Terent.; ſic *rurſus* ſeu *rurſum* iunctum reperitur Verbis *reuerti, reducere, ſe recipere* (vt in vernacula lingua *wieder zurück* cet.); *disperſi disſipatique*, ap. Caeſ.; *itaque ergo* ap. Liv. et Terent.; *potius malle*; *ſeſe* pro *ſe*; *hicce* pro *hic*; ſic occurrit *humidus imber*,

Enn.;

Digitized by Google

Enn.; *humida maria*, Virg., quod epitheton ſi omiſſum fuiſſet, ſane a nemine deſideraretur. Et ſic innumerabilia: b) in *vernacula;* quis v. c. non audit homines dicentes: *es iſt nun alſo wahr; da es nun alſo ausgemacht iſt* cet. vbi vel *nun* vel *alſo* omitti poterat; ſic dicunt *gleichwohl jedoch* vel *doch gleichwohl*, vbi alterutrum ſufficiebat. Et ſic plura: c) in *francogallica*, v. c. *il y a* in formula *il y a des gens* i. e. ſunt: quid ibi eſt *y?* genium linguae ita ferre reſpondebitur. Sic tamen et noſtri *es hat* (neglecto τῷ *y*) pro *es gibt;* v. c. *es hat in dem Teiche groſse Karpfen.* in *Hebraica* inprimis regnant pleonaſmi, v. c. מַזְרִיעַ זֶרַע Geneſ. 1, 11 et 12 i. e. (ſi ad verbum vertere velis) *ſeminans ſemen* pro *proferens* (*emittens*) *ſemen*: ſic Ib. 2, 1 *quieuit ab opere ſuo, quod fecerat:* quid opus erat *ſuo?* Sic *dicendo dixit* cet. Et *Vau* ſaepius redundare vel tironibus notum eſt.

3) *Denique* aliter fere res ſe habere nequit. Linguae omnes ortae ſunt ab indoctis, non a Philoſophis aut Philologis. Prius enim homines locuti ſunt, imo ſcripſerunt, quam docti exſiſterent, qui de adcuratiori loquendi ſcribendique ratione cogitarent. Omnis porro homo, qui aliquando fit eruditus, antea i. e. in pueritia et magna parte adoleſcentiae erat ineruditus, diſcebatque ſuam linguam ab ineruditis (v. c. patre vel ſaltem matre, fratribus, ſororibus, cognatis, amicis cet.) ita, vt eam ab his pronuntiari audiebat; atque ita eodem modo loquebatur ac ſcribebat, quo alios, plerumque indo-

Digitized by Google

indoctos, loqui et ſcribere videbat. Et quomodo aliter loqui quis vult, ſi ab aliis intelligi, ſi iis placere, nec ab iisdem derideri cupit? Sed cui rei aliquis diu adſuetus eſt, eam non facile dediſcit, imo ne cogitat quidem tentatue dediſcere. Imo ſtudet adeo quisque id acriter defendere, quod paullo diutius memoria tenet. Ac ne quid diſsimulem, inter eruditos ipſos pauciſſimi ſemper ſunt, qui de linguae ſuae ratione, de regulis ad quas locutiones ſingulas examinent, de pleonaſmis, de ellipſibus cet. cogitare et meditari vel velint vel poſſint. Res eſt manifeſta experientiaque ſatis probata. Poetae v. c. et Oratores vſum, conſtructiones et ſignificationes vocabulorum plerumque ſeruant, prout alios loqui et ſcribere vident, et ſeruare coguntur, vt ab aliis intelligantur eorumque gratiam ineant. Errant igitur, qui ad probandum vocabuli vſum, ad demonſtrandam vocabuli veram vim ac conſtructionem, ad exempla clarorum vel poetarum vel oratorum, aliorumque ſimilium vbique prouocandum putant. Debebant prius cogitare, an iſti oratores, poetae aliiue linguam ſuam adcurate et e regulis didicerint atque omnia, quae ab aliis audiuerant vel legerant, emendare vel voluerint vel potuerint. Plerumque enim hi ita ſcribunt et loquuntur, vt alios loqui et ſcribere viderunt. —

Ceterum vt e ſupra dictis patet, non inutilem eſſe eorum operam, qui vel ipſi Graecos ſcriptores ſuis animaduerſionibus aptis illuſtrant

vel

Digitized by Google

vel magnorum virorum in illos animaduerſiones, vt vel ſtudioſis literarum Graecarum notiores fiant vel ab iis viliori pretio emi poſſint, denuo edunt, praeſertim auctas propriis obſervationibus, ita laudandum eſt Doctiſſ. Editoris conſilium praeclaras Celeb. *Perizonii* in Aelianum animaduerſiones, nonnullis tamen, quibus plerique facile carere poſſunt, reciſis, repetendi ſuisque augendi. Adparebit lectoribus, Eum non modo non vulgari linguae Graecae cognitione inſtructum eſſe, ſed etiam ſua ſponte cogitare poſſe. Animaduerſionum Doctiſſ. Editoris, quas huic placuit mihi oſtendere, partem inſpexi, nec poſſum negare, eas, quas vidi, mihi placuiſſe.

Nihil magis opto, quam vt et cognitio graecae linguae in ſcholis in dies creſcat hacque etiam editione non parum augeatur, et Doctiſſ. Editori prouincia mox contingat, hanc linguam, quam tantopere amat et cuius tantopere ſtudioſus eſt, publice docendi: qua re fore mihi perſuadeo, vt Is, ſi ſciat, id ſuum certum perpetuumque munus eſſe, ſingulari et non interrupta opera illi linguae vacet ſicque de ea in dies magis mereatur. Vale, Lector beneuole. Scripſi Brigae, menſe Aprili A. C. CIƆIƆCCLXXXIII.

IMM. IO. GERH. SCHELLER,
RECTOR REG. GYMN. ILL.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATIO
EDITORIS.

Ad hanc *Variae Aeliani hiſtoriae* editionem publici iuris faciendam haecce tria me commouiſſe profiteor: Varia ipſa hiſtoria; commentarius in eam Perizonii; inopia editionis eiusmodi, quam ad vſum priuatum, quem dicunt, commodam eſſe arbitrer.

I. *Varia hiſtoria ipſa;* de cuius auctoris moribus, ſicut de ratione Variae ipſa, quatenus ſpectat auctorem, in vita Aelianea plura dicentur. Vſum enim, cui deſtinatus eſt liber, ſi reſpexeris, eum, quamuis in aliam ieris partem, fini ſuo non male reſpondere crediderim. — Liber, adoleſcentiae dicatus, ſit *vtilis*, ſit *iucundus!* Neutrum alterutro carere poteſt. Quamvis vtilis liber, niſi iucundus eſt, intactus ſane manebit. Vtilis quidem ſit oportet; attamen fere putem, finem ſi reſpexeris, iucundum prius eſſe ſequendum, quam vtile; non quod ſatis eſſe iudicem, inutiles, modo ſint iucundi, libros tradere adoleſcentibus, ſed tum, quoniam difficilius eſt, prius, quam poſterius, adſequi; quod ſane probabitur hominibus in inſtitutione verſatis: tum, quia illud dictum: Non eſt liber tam vilis, vnde ſaltem aliquid non poſſit diſci,

a nul-

Digitized by Google

a nullo adhuc eſt negatum. Etſi vero quisquam tam incurioſe ſtolideque non aget, quin vtilitatem libri, quantum poſſit fieri, augeat, vel vtiliorem minus vtili praeferat libro; id tamen, quis eſt, qui neget, iucundo ante eſſe adoleſcentes ad illud vtile inuitandos? Haec ſententia quam ſit vera, hodie magis magisque cognouerunt homines, ideoque ad eam in inſtitutione, tam quae fit coram, quam per libros, idque in omni ſcientia, ſeruandam impulerunt; atque etiamſi putida in eo actum ſit diligentia, finisque, qui eſt, attentionem et cogitationem alliciengi, neglectus; nihilo tamen minus illa manet ſententia vera.

Porro ab hominibus eſt cognitum, nulla re magis allici adoleſcentes, quam et *hiſtoriis* et *varietate;* quare ethicam hiſtoriis ſententioſis inuolutam tradiderunt; linguarum facilius lubentiusque diſcendarum cauſa varietatem rebus, quae libris docentur, inferre ſtuduerunt, vt, ſaepius requieſcendo, defatigatio caueatur, varietateque ac nouarum rerum perpetua mutatione inuiteris. Qua igitur ratione illud vere vtile grati etiam ac iucundi veſte exornatum prodiit. Linguam, dum ſola voluptate adfici videbaris, ipſam didiciſti. Vnde etiam illi Strothii et Cel. Gedikii libelli adeo probati ſunt omnibus. Ac nonne in omni vita hoc ſeruare ſolemus? Neque enim minus adulti ſuis actionibus voluptatem adiungendam putant. Ambulatio ad ſani-

Digitized by Google

ſanitatem promouendam commoda, balnea aliaque iucundo iis iuncto placent. Quid eſt, quod via, ad vtile ducens adoleſcentiam, minus ſit floribus conſpergenda?

Quaeritur ergo: Varia Aeliani hiſtoria an eſt huiusmodi, vtile vt dulci in ea immixtum adoleſcentibus commendandum arbitreris? Sit puto; pono ſcilicet, linguam graecam diſcendam finem eſſe primarium; tunc quaecumque ad id requiſiueris, in libro reperiuntur. Eſt, quod iam indicat libri deſcriptio, in hoc magna vis narrationum variarum, quae tum breuiores, tum longiores, quietem facillime permittunt; praeterea ſcribendi rationem omnino et facilem et puram amat auctor; ad vincendas autem difficultates hic illic occurrentes manum adnotationes offerunt, ita vt putes, adoleſcentem, niſi ſchola graeci horrorem iam incuſſerit, huic libro, comitantibus ad eum cognitionibus nonnullis elementaribus, opeque commentarii, animum, tamquam domeſticis deliciis, lubentiſſime praebiturum. Quam vero ſit neceſſe, ſtudium domeſticum omnem in modum augeatur, quis neſcit, qui mecum in illud munus altius inquiſiuerit? Vt adhuc taceam, argumentum ipſum cognitiones et hiſtoricas, et geographicas, et, quas dicunt, antiquarias offerre, vbi ipſam obiectionem, ieiunas occurrere narrationes, ea confirmare putem, quae de materiae varietate dixerim; ac ſi illud neges, tamen co-

piam notarum conſulendarum, atque adeo ſcientiarum augendarum lectori fieri, probare coner. Semper autem illum finem primarium ſupra memoratum adſequi poteris.

II. Quae ſuper *commentario Perizoniano* dicam, ſatis, reor, Cl. Kühnii verbis exprimi poterunt, ita vt ex his magnitudo vtilitatis non erudito ipſi ſolum, ſed etiam, mutatis nonnullis, adoleſcenti literarum ſtudioſo inde exorientis diſtincte eluceat: „Commentarium," ait ille, „quo Perizonius Variam Aeliani hiſtoriam illuſtrauit, ſemper a viris doctiſſimis magni aeſtimatum eſſe, clamant laudationes, quibus „eum in ſcriptis celebrant ſuis. Nec immerito. „Continet enim multa, quae ad hiſtoriam, geographiam, chronologiam antiquam illuſtrandam ſpectant; multa, quibus poetarum, philoſophorum aliorumque, quos antiqua aetas claros protulit, hominum vitis, opinionibus ſcriptisque lux aliqua accenditur; plurima denique, quae ad adcuratam linguae graecae cognitionem ducunt."

III. Sed eo magis neceſſe eſt, pauca me dicere ſuper iis, quae in hac editione praeſtiterim, quatenusque inopia talis Variae hiſtoriae editionis (ſicut fere cuiusque alius auctoris, niſi a Terentio a doctiſſ. Schmiedero ſimilem ad finem ex parte iam edito diſceſſeris), qualem vſui adoleſcentium domeſtico conducere arbitrer, ad

eam

Digitized by Google

ſam me impulerit. Priſcum auctorem ſimul atque domeſticae adoleſcentium lectioni (ac nonniſi de hac ſermo *hic* eſt) dicaueris, explicationem et vocum et rerum paullo copioſiorem, quam ſi vſui tantum ſcholaſtico, vbi ipſum doctorem habes tamquam commentarium illius, ſit adcommodatus, deſiderare, rationi conſentaneum mihi eſſe videtur. Neque minus probatum puto, commentarium Perizonianum, ſecundum ea, quae ſupra dicta legeris, cognitionem adoleſcentium ad literas incumbentium magnum in modum poſſe augere, ſi quidem a prima eius forma abſceſſeris, qua tamen veſtitus non illis adoleſcentibus, qui in eum tamquam in mare demergerentur, ſed eruditis erat deſtinatus. Illa ergo veſte in hunc finem commoda eum exornare ſtudui, i. e. illud ad rem ipſam vere neceſſarium ab omni alieno minus neceſſario, attentionem fatigante atque ita lectorem conturbante ſeparaui; plura e contrario adieci, quae ad adcuratius intelligendum auctorem plane neceſſaria, et ad cognitionem hiſtoricam, antiquariam, geographicam, literariam philologicamque augendam vtiliſſima reperiuntur. Criticas in primis animaduerſiones, quae ſaepe iuſto copioſiores videbantur, breuiores quidem reddendas, non tamen plane abſcidendas duxi. Quamdiu enim mathematicis cognitionibus literarum ſtudioſus carere non poſſe iudicatur, licet forſan numquam iis tamquam certo munere ſit vſurus; tamdiu haud ſcio, an ars critica, res

 ad

ad vires animi firmandas aeque neceſſaria ei ſit habenda, etſi vere critici ac philologi nomen minime adpetituro. Quare huiusmodi adnotationes hic illic auxi ſimilibus, omnia autem, quam potui, diſtinctiſſime exhibere, diligentiſſimeque praecidere ſtudui, ita vt (ne plura dicam) hunc commentarium pro horreo habeas, vnde literarum ſtudioſo in pluribus ſcientiarum generibus perfectiorem ſe reddendi ſit occaſio.

Adnotationes meas a Perizonianis me non ſeparaſſe, crimini, puto, non dabitur. Saepe mentionem feci Perizonii, eiusque verba adtuli, ſaepe haec cum meis in vnum coniunxi. Si quidem cogitaueris, cognoſſe (id quod apud eruditos magni habetur momenti), vnde haec illaue adnotatio vel emendatio ſit exorta, rei noſtrae parum conducere; porro fieri non poſſe, quin (vt editiones cum notis variorum, e. g. Liuius Drackenborchii, docent,) vbertas ſane nimia exinde oriatur, quam effugere, illa diligenti auctorum animaduerſionum commemoratione longe hic maius ſit oporteat; ſicuti ad adcuratius diiudicanda mea, haec a Perizonianis facillime diſiungere licebit: — quae ſi cogitaveris, iuſtiſſime a me actum eſſe ſane tibi perſuadebitur.

Anne vero etiam doctoribus, qui Aelianum cum ſuis diſcipulis legunt, haec editio eſſe poſſit vtilis? Poteſt, arbitror, huic illiue! Quod, cui

cui varios eorum indigentiae gradus pluribus in locis cognoſcendi fuit copia, mecum non expoſtulabit. Deinde et peritiori nutus obſeruntur, quo facilius alibi poſſit altius conſulere; nihilo tamen minus multa, quibus adoleſcens poteſt carere, vix reperies illata. Quamquam literarias, quas dicunt, animaduerſiones futuro philologo, etiamſi libros ipſos videndi non ſemper ei ſit facultas, gratas eſſe, quis neget? (vel an deficiunt in libris Cell. Heynii, Gedikii, al. in vſum iuuentutis editis?) Doctioribus autem in iis ſcholis, vbi legitur Aelianus, creberrime contingit, vt ipſis vtantur operibus. Ita fieri poſſit, vt vterque finis (quod tamen alias nonniſi rariſſime admittendum putem) et diſcipuli et doctoris vtilitas adiuuetur, alterutra minime neglecta: quamquam altera alteri ſubiiciatur; vbi fiat controuerſia, poſtponatur.

Talem igitur Variae hiſtoriae editionem, quae illum ad finem ſit inſtituta, vel eum impleat, adhuc non noui; etſi vtiliſſimam eam fore arbitror. Qui ſi huic fini propius acceſſerim, eo, quaſi pulcerrimo, ardoris mei, vtilitatis adoleſcentibus adferendae eorumque in diſcenda graeca lingua adiuuandorum, maxime praemio laeter. Hanc ergo editionem a perfectione adhuc procul abeſſe, non diffiteor, atque ideo molles humanaeque doctorum virorum admonitiones emendationesque non gratum modo animum meum large adquirent meque ſibi de-

 vinctiſ-

Digitized by Google

vinctiſſimum habebunt, ſed etiam ſtudium meum, vtilitatem latiſſime ſpargendi, illaque deſideranda magis magisque replendi magnum in modum augebunt. Nec non gaudeo profiteri, Virum Cel. Schellerum, doctorem meum omnium fideliſſimum, tum in cetera eruditionis via, tum in hoc opere elaborando optime de me meritum, gratiis ſincerrimis, omni, quod mihi erit reliquum, vitae momento maxime mihi eſſe cumulandum exornandumque.

Denique memorandum duxi, praeter aliqua hic illic occurrentia (ſic ſolet) errata, additamenta etiam, toto prelis iam tradito, atque emendato, tamquam fructus lectionis, extremo operi me adieciſſe. Brigae, Calendis Febr. MDCCXCIII.

I. B. LEHNERT.

AELIANI

Digitized by Google

AELIANI
VITA, MORES AC SCRIPTA.

Claudius Aelianus Praeneſte, teſte Suida, natus eſt, ſed Romae vixit; quare et ipſe ſe (vt Liuium Patauii natum, in fragm. Ael. v. Κεϱυȣτες), et Philoſtratus (in vitis Sophiſtarum lib. II. verſ. extr.) Romanum eum vocauit.

Vixiſſe autem, non ſub Adriano, vt voluerunt antea plurimi, ſed Alexandri Seueri tempore Aelianum, probauit Perizonius; quum eſſet diſcipulus Pauſaniae, cuius deſcriptionem Graeciae legimus, et qui, ipſe iam ſenex ſub Commodo et Seuero, doctorem Herodem Atticum ſub Adriano, Antonino Pio et Marco florentem (vid. ad Noſtr. XIIII, 18.) habuit. Eiusdem Pauſaniae auditor fuit etiam Aſpaſius quidam, in cuius vita Philoſtratus Alexandrum Seuerum imperatorem nominat, cuius ille Aſpaſius comes fuit. Adde, Athenaeum, quem exſcripſit Aelianus, opus ſuum exaraſſe poſt mortem Oppiani, quem *ολιγῳ πϱο ἡμων γενομενον* ait Athenaeus, et qui *ἁλιευτικα* diſerte Antonino inſcripſit Caracallae, annisque vltimis huius imperatoris mortuus eſt. Scripſit ergo Athenaeus ſub Elagabalo, vel primis annis Alexandri Seueri et paullo poſt Aelianus noſter, quem tamen, vt ad inferiora tempora demittamus, non patitur Philoſtrati aetas, quippe qui, deſiſtens in Sophiſtis Alexandr. temporis, paullo poſt ipſe ſcripſerit ac varia commemorauerit, quae ex his ſuperioribus Sophiſtis *ipſe audiuerit*, et tamen Aeliano adhuc fuerit ſuperſtes, cuius mortem adtulit. Vt

alia

Digitized by Google

alia a Perizonio adducta praeteream. Vnde liquet, Noſtrum illo, qui, patria Graecus, nomine ipſe Aelianus, tactica ſcripſit, eaque Adriano imperatori dicavit, integro minimum ſeculo fuiſſe poſteriorem, atque ita ab illo diuerſum.

Aelianum autem ex Athenaeo plurima hauſiſſe, quis neget, quum ille, quae Athenaeus vberius ac citatis vno pluribusue auctoribus, vnde ſumſerit, expoſuit, breuius plerumque iisdemque ſaepe Athenaei verbis enarrauerit. Sic I, 15. 26. 27. II, 18. 37. 38. 40. 41. IV, 22. 23. VIII, 7. IX, 3. 8. 9. X, 6. XIII, 6. XIV, 7. vnde etiam incurioſe inſpectum Athenaeum male exſcripſit.

Idem vero Noſter cum auctore libri de animalium natura eſt. *Ipſa*, ait Perizonius, *animi indoles, ſcribendi ratio, et vtriusque hiſtoriae in easdem res, et ſaepe verba conſenſus, eumdem arguunt auctorem. Indoles eius et animi et ſcripturae varietatem ſectabatur, atque ideo etiam in hiſtoria animalium non certum et perpetuum ſeruat ordinem, ſed prout occaſio, memoria, libido ferebat, ab vno tranſit ad aliud, deque vno eodemque ſaepius et diuerſiſſimis agit in locis, ſaepe etiam alias res iis, de quibus agebat, adſpergit. Ipſe hoc fatetur in epilogo iſtius operis, ſeque, ait, de ſingulis animalibus non dixiſſe omnia ſimul vno in loco, ſed ποικιλα ποικιλως, varia varie miſcuiſſe, additque ſe quaeſiuiſſe το εφολκον της αναγνωσεως τω ποικιλω, illecebras lectionis ex varietate, vitaſſe taedium, quod ex ſimilibus identidem rebus oboriri ſolet: atque ita hoc ſcriptum contexuiſſe ex variis animalibus, quaſi pratum aliquod, aut coronam varii coloris. Vides, quam pulcre iſte animus, iſta ſcribendi ratio, etiam in opere vnius argumenti declarata, conueniat in noſtrum auctorem, et hoc inſtitutum*

vari-

variam componendi hiſtoriam. Porro idem viri ſtudium ex eo etiam agnoſci poteſt, quod, vti hiſtoriam animalium ex profeſſo indagauit et explicuit, ita in hac varia temperare ſibi non potuit, quin paſſim de iis ageret, et maxime in ipſa operis initio, continuis quindecim primis capitibus primi libri. Adde his eumdem quoque agendi et ſcribendi modum, ſeu ſimiles plane parentheſes, refugiendi adcuratiorem hominis, de quo agit, deſignationem. Ita Noſter V, 11. θρακων βασιλευς (το δε ονομα λεγετω αλλος) *conf. anim. nat.* ακεω των Σκυθων βασιλεα (το δ' ονομα ειδως εω) *cet. et Noſt. XIV, 43. conf. animal. nat. VIII, 4. Sed et easdem ſaepe res, iisdem aliquando verbis vtrobique reperias, quae et ipſa vtique eumdem produnt auctorem. Cf. Var. I, 2. an. nat. VI, 57. it. Var. I, 4. an. nat. VI, 53. Var. I, 9. anim. XV, 17. Var. XI, 3. an. nat. VI, 1. Var. III, 30. anim. nat. VI, 1* cet.

Scripſit autem et alia Aelianus noſter, vt περι προνοιας, *de prouidentia*, et περι θειων εναργειων, *de diuinis adparitionibus*, quos tamen libros vnum fuiſſe putat Periz., ſed ſub diuerſo titulo.

Seuerum fuiſſe virum Aelianum noſtrum ac virtutem magni aeſtimantem et ſcripta ſane probant, et Philoſtratus docuit. Sed et linguae graecae cognitione ac ſtylo vere attico inſignis eſt ſcriptor, etſi Romanus. Venuſtatem eloquentiae inter alia proferunt capita prima libri III, XII, XIII, vnde eum μελιγλωσσον, η μελιφθογγον επικληθηναι Suidas docet. Hanc tamen elegantiam venuſtatemque minus in hoc opere, quam in altero, *de animalium natura* adparere, contra magis ſimplicitate (αφελειαν vocat Philoſtratus) in noſtra *Varia* delectatum Aelianum, negare nemo poteſt. Sed et Philoſtratus (vit. Sophiſt. lib. II.), ηττικιζε, ait, Αιλιανος, ὥσπερ οἱ εν τῃ μεσογειᾳ Αθηναιοι.

Digitized by Google

νιμοι. Επαινȣ μοι δοκει αξιος ὁ ανηρ ȣτος· πρωτον μεν επειδη καθαραν φωνην εξεπονησε, πολιν οικων ἑτερα φωνη χρωμενην· επειθ᾽ ὁτι προσρηθεις σοφιϛης ὑπο των χαριζομενων τα τοιαυτα, ȣκ επιϛευσεν, ȣδε ἐκολασε (leg. vid. ἐκολακευσε) την ἑαυτȣ γνωμην, ȣδε επηρθη ὑπο τȣ ονοματος ȣτω μεγαλȣ οντος, αλλ᾽ ἑαυτον ευ διασκεψαμενος, ὡς μελετη (arti oratoriae) ȣκ επιτηδειον τω συγγραφειν επεθετο, και εθαυμασθη εκ τȣτȣ. Nomen quidem *Sophiſtae*, vt ex his liquet, adpellatio nobilitans, diuerſam ab illa Gorgiae tempore (de qua infra vid. Excurſ. de *Sophiſtis*) ſignificationem praebebat. Nam vt primum vsque ad Thalem philoſophi iidem cum iis fuerunt; deinde vero nonniſi ii, quibus omni curae ſtudioque ſectandae in diſſerendo cauillationes argutiaeque, praeterea conciones habendae erant, hoc nomine, denique deteſtabili, ſunt deſignati; ſic Noſtri tempore doctores cuiusque artis, rhetorices inprimis, in Graecia tum alia, tum praecipue Athenis publice conſtituti hac adpellatione, nunc honorabili atque glorioſa ornati ſunt, ita vt ipſi alienigenae hoc munere donarentur, qui tunc dicebantur nacti *thronum* Athenienſem, cui πρȣϛη, *praefuit*, primus, tempore Adriani, Lollianus, Epheſius, [z] Similis *thronus* (cathedra) *Sophiſtarum* Romae erat. Sed et ſaepiſſime legationibus a ciuitate ſua adhibebantur Sophiſtae, vnde hoc eorum munus nomenque glorioſiſſimum factum, Noſtroque maximo honori fuiſſe clare patet.

Quod ad *Variam hiſtoriam* adtinet, transtuliſſe Noſtrum multa ex Athenaeo in eam, iam ſupra memorauimus. Nec minus plures alii optimae notae ſcriptores materiam Noſtro praebuerunt; ſic Plato, Ael. VIII, 1. 2. 9. XIV, 5. Ariſtoteles, II, 26. XI, 5. XIII, 16. Iſocrates IV, 8. V, 10. Thucydides XII, 50. Herodotus mutata dialecto VIII, 17. Plutarchus paſſim, vt XI,

Digitized by Google

9. XII, 3. XIII, 38. 42 etc. Alia ex his auctoribus, modo *ſummatim* (vt ait Perizonius) *contracta retulit*, alia verbotenus ex iis recitauit, *alia ſuo exornauit ſtylo*, (v. g. XII, 1. XIII, 1.) *qui liquido ſatis rhetorem declarat, varietate potiſſimum* (*vt ipſe teſtatur*,) *delectatum, non tantum rerum, quas ſcriberet, ſed et ipſius, vt videtur, ſcripturae.* Vnde tamen non infitiari poſſis, libri huius praeſtantiam non parum illa hiſtoriae animal. inferiorem eſſe (v. c. I, 2. ſeqq.) pluraque ieiuna in illo exhiberi excerpta, quibus illud ὅτι praeponere ſolebat, quemadmodum non minus incuriae ac praeproperae celeritatis e ratione ſcribendi elucere quem fugit? vt, ſubiectum initio periodi iam praepoſitum in extremo, memoriae, vt videtur, vitio repetitum pluries occurrit, ne de ſuo Aeliani vſu Particularum quarumdam, v. c. καὶ ἐν καὶ, loquar. Adde, quod ſaepiſſime ſcire cupies, quae huic illiue excerpto ibi praeiuerint, vnde ſumſerat Noſter. Tum, non raro exſtant negligentiae exempla, vbi vel hauſta ex aliis vitioſe retulit, (v. c. IV, 23. VIII, 7. IX, 9 cet.) vel eamdem rem bis, ſed varie expoſuit, (v. c. II, 6. cf. XIV, 8. I, 8. cf. XIII, 35.). Plura tamen libri XIIIni, in XIVti extremis copioſius partim repetita incuriae fortaſſe magis librariorum, quam auctoris adſcribenda videntur. Aelianum enim opus ſuum tantum neglexiſſe vix crediderim, praetereaque codex Lugd. longe plura complectitur repetita, quam reliqui codd. Ceterum, quum Suidas ex Varia Aeliani hiſtoria ſumſiſſe nonnulla contendat, quae in iis, quot adhuc exſtant, libris non reperiuntur; quum etiam librum ſextum intercidiſſe, ac quintum in duos diuiſum ſibi perſuadeant Perizonius et Boiuinius; nonnulla Variae hiſt. deperdita eſſe vix abſimile putes.

Poſtquam poſt depulſam barbariei medii aeui *inſcitiam* noſtra hiſtoria *in publicam tandem lucem protracta*

fuit,

Digitized by Google

fuit, multis dein editionibus per Heluetiam, Galliam, Germaniam fuit quaſi certatim repetita. Primus eam graece tantum edidit Romae an. Chr. 1545. Camillus Peruſcus. Mox latine vertit Iuſtus Vulteius a. 1548. et Oporino verſionem ſuam ſeparatim typis deſcribendam dedit. Poſt hanc prodiit (monente Cl. Kühnio) *alia latina verſio huius Ael. operis Venetiis 1550. 8. a Iacobo Laureo, Veneto, et italica, ibid. 1550. 8. a Bartholomaeo Ceſano facta. Vulteianam* (pergit Perizonius) *verſionem exhibuit denuo integram, et graeco textui primus adpoſuit a. 1550. Baſileae, typis Henr. Petri, Io. Heroldus, varios auctores, qui exempla virtutum ac vitiorum ſcripſerunt, in vnum et grande volumen coniungens. Secutus ſequ. anno Conradus Geſnerus, qui Tiguri omnia Aeliani opera pariter in folio, vt aiunt, edidit, et graeca quidem nonnullis ſubinde coniecturis tentauit, ac notulas adſperſit; in latina autem Vulteii verſione, quam ad graecum exemplar recognouiſſe ſe ait, quaedam immutauit. Poſtea Io. Tornaeſius, typographus regius, minori tandem forma hanc hiſtoriam Lugduni an. 1587. excudit, qui itidem in iſta Vulteii verſione, quam cum graeco conferri denuo curauerit, innumera praefatur reſtituta et emendata. Repetit eam dein an. 1610 et 1625, graecumque Ael. contextum multis in locis illuſtriorem reddidiſſe iactat, eruditiſſimis emendationibus ac coniecturis Iſ. Caſauboni margini adpoſitis, ſed vbi vix quidquam reperias praeter Geſneri coniecturas et notulas. Tornaeſianas expreſſerunt etiam cum iſta praefatione ac ſparſis in marginem notulis Io. Libertus Pariſ. 1618. et Iac. Stoerius, Genev. 1630. Succeſſit tandem Io. Schefferus *) an. 1647. et 1662. qui, licet nulla, vt*

*) Natus an. 1621. Argentorati, Profeſſor erat eloquentiae Vpſaliae; ſcripſit inter alia de militia nauali veterum; de re vehiculari veterum; de arte pingendi cet. Mort. 1679.

vt profitetur ipſe, Mſtorum ope adiutus, vtiliſſimam tamen operam nauauit Aeliano, dum primus eum eruditis ſane illuſtrauit notis cum aliis collatum auctoribus, multa ex hiſtoriis praecipue et antiquitatibus, vbi maxime polluit, explicuit, multa emendauit, aliis intacta, graecae linguae ceteroquin ſatis imperitus. Incredibile enim eſt, quam grauiter paſſim in eum peccauerit, vt ex indice ſuo v. c. liquet. Textum et verſionem expreſſit denuo Salmurii 1668 Tanaquil Faber (Profeſſor Salmurienſis) *nec quidquam aliud de ſuo contulit, niſi paucas ex ingenio coniecturas. Deinde acceſſit Ioachimus Kuhnius* *), *qui prioribus tertias et poſtumas Schefferi ſuasque nouas et eruditas adiecit notas, Argentorati an. 1685, quae tamen editio grauiſſimis ſcatet mendis typographicis.* Kuhnium excepit *Iacobus Perizonius* **). Hic denique longe magis, quam alii ante et poſt eum de Noſtri Varia hiſtoria meritus eſt. Nactus enim duos Mſtos codd., alterum et antiquiorem a Frid. Sluiskenio, alterum recentiorem ex publica academiae bibliotheca, ac vtrumque, quod optimum erat, diuerſae propaginis, vt adeo, vt ipſe monet, in illis habuerit vtramque veterum exemplarium, quae ſola barbariem dominantem euaſerunt, lectionem, ex qua omnes Variae hiſtoriae ſeriores codices deriuati videntur. Cum his codicibus contulit auctorem Perizonius primum fortaſſe adcuratiſſime, quum priores romanam ſolam Peruſci editionem plus minusue ſequuti (v. g. I, 20) ſaepiſſime incertius coniectuраſſent,

*) Natus 1647. Grifoniae (Gripswaldae) Profeſſor fuit lingg. orient. Argentorati, ſcripſit animaduerſiones in Pollucem; obſeruatt. in Diogenem Laert. cet.

**) Natus 1657. Dami, vrbe Groningenſi; Profeſſor fuit Franequerae, it. Lugduni Bat., vbi etiam 1715. mortuus eſt; ſcripſit praeter plura Animaduerſiones hiſtoricas; de originibus babylonicis cet.

Digitized by Google

raſſent, imo ipſe Schefferus, etſi ei conferendorum Pariſienſium, primi num. 2083, manu Caeſaris Strategi ſcripti, ſecundi num. 3064, tertii num. 3132, codicum (in notis ad Noſtrum ſign. vel his dictis numeris, vel num. 1. 2. 3. vel a. b. c) copia eſſet, minus iuſto ſatisfeciſſet; quid autem hi ferrent codices in omnibus corruptis ſuſpectisue locis, noua collatione Perizonium docuit rogatus Io. Boiuinius. Praeterea Graeuius ſchedulas Marqu. Gudii, qui ex duobus Mediceis et vno Mediolanenſi, ſi quid variarent, adnotarat, Perizonio ſuppeditauit. Hic ergo, collata non minus ab eo illa antiquiſſima Peruſci editione, auctorem multo, quam antea, emendatiorem exhibuit, commentario copioſiſſimo hiſtoricisque notis praeſtantiſſimo exornauit, verſionem Iuſti Vulteii, quam priores, hic illic, etſi non ſemper bene mutatam, ſeruarant, adcuratius correctam addidit, indicesque tam graecum, vel vocum, quam latinum vel rerum, illum a Scheffero inceptum, auctumque a Kuhnio, hunc ex Tornaeſianis editionibus ſumtum, adiunxit. Anno 1713 Kuhniana editio eſt repetita. Splendidiſſime autem in duobus tomis *Abrah. Gronouius* Var. hiſtoriam graece et latine cum notis variorum edidit Lugd. Bat. 1731 4 mai., qui in ſuis coniecturis Mediceo codice tertio, aliquando tamen inconſultius vſus eſt. Nouiſſimis denique temporibus noſtra Ael. hiſtoria tam gallice Pariſ. 1772 8vo, quam germanice a *Meineckio* (Conrect. Quedlinburg.) 1775, it. 1787 8vo verſa, vtraque autem cum notis exornata prodiit. Graece impreſſa eſt Halis Sax. 12mo 1772, latina verſione ibidem eodemque anno ſeorſim edita; graece vero et latine Varia hiſt. prodiit Baſileae 1774 8vo Abr. Gronouium curioſe ſequuta. Eodem tempore *Kretſchmarus* Variam in publicum miſit. Poſtremo an. 1780, Cl. *Carol. Gottlob. Kuhn.* (Med. Doct. et Prof. Lipſ.) Perizonianam editionem, additis

Abr.

Digitized by Google

Abr. Gronouii, Meineckii ſuisque notis, indice graeci-
tatis, graece repetiit in duabus partibus, 8 mai.

Denique pauculis adhuc memoranda puto, quae
de codice quodam bibliothecae Rhedigerianae Vratisla-
vienſis ad Variam certe Noſtri hiſtoriam ſpectantia
Fülleborn, Profeſſor Gymn. Eliſabeth. in eadem
vrbe, Vir ampliſſ. humaniſſime literis mecum commu-
nicauit. „Habet enim," ait, „codex ille, quem alio
„loco *) paullo adcuratius deſcripſi, e Variis Ael. hiſto-
„riis tria tantum capita, reliqua ex Aeliano *de anima-*
„*libus*, ac ne haec quidem integra et vulgari ordine
„collocata, ſed in compendium redacta, paſſim etiam
„immutata, ita vt non tam deſcripſiſſe Aelianum vi-
„deatur Michael. Apoſtolius" (Conſtantinopolitanus,
qui ſeculo XVI vixit, et, vrbe ab Oſmannis capta, Ro-
mam ſe contulit) „quam in ſuum vſum excerpſiſſe.
„Enimuero, ne penitus fruſtrer ſpem Tuam, quidquid
„ad tria illa, de quibus dixi, capita notaui, dabo li-
„benter". — —

„Lib. I, cap. 2. *Φάλαγγες τὰ θηρία δῶρα Ἐργά-*
„*νης οὐκ ἴσασι. Τὸ δὲ γινόμενον αὐταῖς πάγη ἐςὶ καὶ*
„*οἷον κύρτος τοῖς ἐμπίπτουσι, ἐντεῦθεν ἔχουσι καὶ τὴν*
„*δαῖτα· ἐμπίπτει δὲ, ὅσον καὶ τὸ ὕφασμα κατέχει*
„*καὶ ἐκείναις δειπνεῖν ἀπόχρη*".

„Atque ita, ni fallor, clara omnia. Quid enim in
„vulgatis libris illud *οὔτε εἰδ. βουλ.*? quid illud *ἢ τίποτ.*
„— — *θηρίον*? quid reliqua? Ne dicam illud *καὶ*
„poſt verba *ὑφαντ. κ. ὑφ.* — aperte vitioſum eſſe,
„cum *ὑφ. κ. ὑφ.* ſint illa *δῶρα Ἐργ.*, de quibus ſermo
„eſt. Videtur autem illud initium in vulg. *ὑφαντ.* cet.
„ex Aeliano de anim. I, 20. a ſciolo huc transſcriptum
„in textum migraſſe".

Cap.

*) In praefatione orationum Plethonis et Apoſtolii, Lipſ. ap. Schwickertum, 1792.

Digitized by Google

„Cap. 5. Ἡ ἀλώπηξ θαλασσίας δι᾽ ἀκρασίαν οὐκ „ἀπέχεται. καταφρονεῖ τοῦ ἀγκίστρου καὶ ἄλλοσα ἀνέ„θορε καὶ ἀπέκειρε τὴν ὁρμιάν. Cap. 6. Αἱ χελῶναι „αἱ θαλάσσιαι ἔν τῇ γῇ τίκτουσι. καταχωννύουσι ἐν „τῇ αὐτῇ τὰ ὠὰ, καὶ ὑποστρέφουσιν. Εἰσὶ δὲ ἐς τοσοῦ„τον λογιστικαὶ et ſic porro, vt in editis vsque ad ζῶα „γίνονται. Ὑποστρέψασαι οὖν εἰς τὸν χῶρον, ἐν ᾧ „ἔκρυψαν τὰ ἑαυτῶν βρέφη ὀρύσσουσι τὴν γῆν, reliqua „textus habet. Ante ἕπεσθαι in Mſ. eſt καὶ.“

Ex quibus omnibus hoc ſatis certe patere arbitror, iam olim illa capitis ſecundi abſurda eredita fuiſſe. Velim tamen ſcire, an illa ibi, vnde hauſerit Apoſtolius, aeque exſtiterint, vt nunc legantur, nec ne?

Fragmenta, quae, e Suida collecta, Aeliano vulgo attribuuntur, huic editioni cur non adiecerim, ſi quaeras, nil aliud reſpondere ſcio, ac, incertiſſimum eſſe, quid eorum vere ſit Aeliani, et cuius Aeliani? Certe etiamſi Aeliano, vix tamen noſtrae hiſtoriae, imo plurima eius libro *περι προνοιας* adſcribenda putes.

Ceterum poſterior huius editionis pars, quum totum opus in lucem nunc producendi facultas non eſſet bibliopolae, proximis ſane nundinis lecturis tradetur.

ΑΙΛΙΑΝΟΥ

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ
ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ
ΒΙΒΛΙΟΝ ΟΓΔΟΟΝ.

ΚΕΦ. Α΄.

Περὶ τȣ͂ δαιμονίȣ τȣ͂ Σωκράτȣς.

Ἔλεγε δήπȣ Σωκράτης περὶ τȣ͂ δαιμονίȣ τȣ͂ συνόντος αὐτῷ, πρὸς Θεάγην καὶ Δημόδοκον, καὶ πρὸς ἄλλȣς πολλȣ́ς. Φωνὴν, πολλάκις ἔφασκεν, ὁσίαν πομπῆς ἐγκε-

Σωκρατης π. τ. δαιμ.] Vid. plura in Exc. de *Socrate*.

προς Θεαγ. και Δημοδ.] Reſpicit auctor dialogum Platonis *Theagis* nomine inſcriptum, vbi Demodocus filium Theagen hunc ad Socratem adducit, vt ſapientiam ab eo diſcat. Socrates autem hanc de daemonio ſuo ſententiam pluribus exſequitur. Vnde liquet, Noſtri verba inde hauſta eſſe. Quare Periz. aliter hic diſtinxit, nempe: προς Θεαγ. κ. Δημοδοκον· και π. αλλ. πολλȣς φ., π. εφ. cet. Vid. et Xenoph. Apol. Plut. de daemon. Socr. Apulei. de daem. Socr. λεγειν ita abſolute poſitum notat perpetuam orationem, vel diſſertationem, ſic c. 12.

ὁσιαν πομπης] Locus haud dubie corruptus. Geſn. ὁσιας, *ſancti alicuius auſpicii vocem*. Faber, probante Io. Kuhnio, ὁσιᾳ πομπῃ. Sed iure dubitat Periz., an vox ferat iſtam ſignificationem, vt notet ſimpl. id, quod a deo profectum, miſſum, ortum eſt, quo modo h. l. accipi debeat, quum paſſim opponatur τοις ἱεροις, *rebus deo conſecratis*, Thucyd. II, 52. Quamquam locus Xen. Cyr. VII, 5, 56. non praetermittendus videtur, ἑςιας, ȣ̔ κτε ὁσιωτερον χωριον εν ανθρωποις, κτε etc. *qua nec ſanctior locus, nec* cet. Heſych. ὁσιȣς θαλαμȣς, τȣς μη θεȣς, αλλ᾽ ανθρωπȣς, Sic et Suidas et Harpocration. Timaeus ὁσια τα ιδιωτικα και μη ἱερα, vbi Ruhnk., adleg. Plat. legg. IX. pag. 653. μηδεν διαφερειν τῳ κλεπτοντι — — εξ ἱερων η ὁσιων, dicit hanc vocem interpretum ſcopulum. Perizonio ὁσιον proprie eſt, quod conue-

ἐγκεκληρωμένην αὐτῷ. ἥπερ ὅταν γένηται, ἀεί μοι, φησὶ, σημαίνει, ὃ μέλλω πράττειν, τούτου ἀποτροπὴν, προτρέπει δὲ οὐδέποτε. καὶ αὖ πάλιν, ἐάν τις, φησὶ, τῶν φίλων ἀνακοινῶται ὑπέρ των, καὶ ἐπιγένηται ἡ φωνὴ ἐκείνη, πάλιν ἀποτρέπει. καὶ ἐμοὶ μὲν αὕτη συμβουλεύει τοῦτο. ἐγὼ δὲ τῷ συμβουλευομένῳ μοι, καὶ οὐκ ἐῶ πράττειν, ἑπόμενος τῇ θείᾳ προῤῥήσει. παρείχετο δὲ μάρτυρα Χαρμίδην τὸν Γλαύκωνος. ἀνεκοινώσατο γὰρ αὐτῷ, εἰ μέλλοι ἀσκήσειν εἰς Νεμέαν, καὶ εὐθὺς, ἀπαρχομένου λέγειν, φωνὴ ἐπεγένετο. καὶ ὁ Σωκράτης τὸν Χαρμίδην διεκώλυσεν ἔχεσθαι, ὧν εἴχετο, εἰπών· ὁ δὲ οὐκ ἐπείσθη, οὐ μὴν εἰς δέον ἀπήντησεν αὐτοῦ ἡ σπουδή.

ΚΕΦ.

conuenit officiis hominum in deos vel alios homines, ſeu quod non excedit illa officia, quod fas, licitum, pium ac iuſtum eſt. Vnde *ὅσιον καὶ δικαιον* vel *θεμις* crebro coniunguntur. Heſych. videtur ab *ἵημι* pro *εφιημι permitto* deducere, Etymol. M. ab *αζω veneror*. Periz. ab *ὅσον*, et notare pr. *id, quousque progredi licet.* Demoſth. Ariſtocr. *παν, ὅσον εσθ' ὅσιον, πεπραχθαι, quantum fieri oportet.* Quapropter Periz., quia et Noſter Hiſt. an. III, 47. et infra XIII, 1. *θειαν ἀομπην* dicit, et inter ΘΕΙΑΣ et ΟΣΙΑΣ exigua eſt diſcrepantia, illud auctoris, hoc librariorum eſſe putat. Nec tamen arbitrer cum Cl. Meineckio, Geſneri *ὁδιας* plane eſſe reiiculum. Quare me fluctuari fateor, hocne praeferendum, an cum Cl. Kuhn. iun. medicina ex Plat. *Theage*, quem ſane Noſter reſpexit, et vbi legitur *εστι τι θειᾳ μοιρᾳ* *παρεπομενον εμοι — δαιμονιον,* petenda, legendumque ſit *φων. πολλ. εφ., θεια π. εγκεκλ.*

εγκεκληρ. α.] Max. Tyr. diſſ. 26. de eodem Socrate, *δαιμονιον τη γνωμη αυτου ανακεκραμμενον, mente illius permixtum.*

ἥπερ ὅταν] Locus hic eſt ex Plat. Theage ſumtus.

εγω δε τῳ συμβουλ.] ſc. *συμβουλευω.*

Χαρμιδην] Fuit hic inter diſcipulos et amicos Socratis, et ideo illius nomine inſcriptum quoque dialogum nobis reliquit Plato. Forma excellens fuit, ideoque *καλος* cognominatus. Periit in proelio inter XXX tyrannos et Thraſybulum atque exſules reliquos commiſſo, de quo vid. Xen. hiſt. gr. II. Plin. VII, 24.

διεκωλυσεν εχεσθαι, ὧν ειχετο] *impedire voluit, quominus is ſtudio eorum,* (*εχεσθαι δι' εκεινων, δι' ὧν ειχ.*) *teneretur, quorum* ſtudio tenebatur.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Β'.

Περὶ Ἱππάρχȣ σοφίας, καὶ σπȣδῆς περὶ τȣ̀ς πεπαιδευμένȣς, καὶ περὶ τῶν Ὁμηρικῶν ἐπῶν.

Ἵππαρχος ὁ Πεισιςράτȣ παῖς, πρεσβύτατος ὢν τῶν Πεισιςράτȣ, καὶ σοφώτατος ἦν Ἀθηναίων. ὗτος καὶ τὰ Ὁμήρȣ ἔπη ἐκόμισε πρῶτος εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τȣ̀ς ῥαψῳδȣ̀ς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν.

Ἱππαρχος ὁ Πεισιςρ.] Vid. ad V, 13 init. alter filius fuit Hippias, iniquior animo. Haec ſumta ſunt ex Platonis *Hipparcho*, qui Thucydidem negantem, Hipparchum natu fuiſſe maiorem, refutat.

εκομισε πρωτος εις] Sic et Plato l. c. Sed haec et quae dixit auctor infr. XIII, 14 fin. de Piſiſtrato, vt redigerentur in concordiam, Periz. bene ea adfert, quae et Plato et Aelianus credidiſſe videntur, Hipparchum, viuo patre, iam aetate prouectum carmina Homeri primum adtuliſſe Athenas, ea dein patrem digeſſiſſe in Iliada et Odyſſeam, filium vero poſtea rhapſodis dediſſe cantanda. Vna quidem difficultas in eo reſidet, quod Diog. Laert. in *Solone* 57. *hunc*, ait, *primum ſanxiſſe*, vt carmina Homeri recitarentur, *ἐξ ὑποβολῆς*, *debito ordine* cet. i. e. vt, vbi vnus deſiiſſet canere, alter inde auſpicaretur. Sed carmina Homeri ſtatim poſt Solonem per tumultus ciuiles ex vſu hominum intercidiſſe poterant. Aliter ſentit Küſter. in hiſt. crit. Hom. II, ſ. 3. primum, ait, Solonem occaſionem praebuiſſe aliis digerendae Homeri poeſeos, iuſſa illa recitatione; Piſiſtratum deinde collectis, quas nanciſci poſſet, rhapſodiis, adcuratius eorum ordinem examinaſſe et primum quoddam poematum corpus exhibere coepiſſe, Cic. de Orat. III, 34. Hipparchum denique illa rhapſodiis quibusdam auxiſſe, totumque ergo opus perfeciſſe.

ῥαψῳδȣς] *Rhapſodi*, ſententia Cl. Küppenii (ei. *Homer's* Leben p. 41. ſ.) erant in genere *ἀοιδοί*, poſtea dicti *ποιηταί*, *poetae*. Sic pro *ποιειν επος* antea dicebatur *ῥαπτειν επος* vel *ῳδην*, *conſuere* carmen; vnde Pindar. Homeridas vocat *ῥαπτων επεων αοιδȣς*, Nem. II, 1. cf. Athen. XIV, c. 3. Aliorum autem, vt Suidae, ſententia, Rhapſodi a *ῥαβδος*, virga laurea, quam canentes manu tenebant, dicebantur quaſi *ῥαβδῳδοι*, quod autem negat Küſter. Ad *Rhapſodos* numerabantur *Homeridae* (Timaeus *οἱ τα Ὁμηρȣ ὑποκρινομενοι*); hi

Digitized by Google

καὶ ἐπ’ Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήϊον πεντηκόντορον ἔστειλεν, ἵνα αὐτὸν πορεύσῃ ὡς αὐτόν. Σιμωνίδην δὲ τὸν Κεῖον διὰ σπουδῆς ἄγων, ἀεὶ περὶ αὐτὸν εἶχε, μεγάλοις δώροις, ὡς τὸ εἰκὸς, πείθων, καὶ μισθοῖς. καὶ γὰρ ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει. ἔργον δὲ ἦν ἄρα τούτῳ τῷ Ἱππάρχῳ ἡ περὶ τοὺς πεπαιδευμένους σπουδή. καὶ ἐβούλετο ὑπὸ προσχήματι τῷ ἑαυτοῦ Ἀθηναίους παιδεύεσθαι, καὶ βελτιόνων αὐτῶν ὄντων ἄρχειν ἔσπευδεν. οὐκ ᾤετο γὰρ δεῖν οὐδενὶ φθονεῖν σοφίας, ἅτε

ὢν

hi enim Homerica carmina vel ſola in initio, vel praecipue canebant, illi vero et aliorum carmina, vt Heſiodi, Archilochi etc. vid. Plat. Ion. init. Athen. l. c. Alii tamen rem aliter explicant, vid. Kuſter. hiſt. crit. Hom. P. II. ſect. 4. et Bach. ad Xen. ſymp. 3. §. 6. Socrates apud Xen. M. S. IV, 2, 10. et Plat. Ion. rhapſodos exagitat vt ſtultiſſimos.

επ’ Ανακρεοντα] *Anacreon* ex oppido Ioniae *Teo*, (v. mox cap. 5.) oriundus longaeuam aetatem produxit ad Hipparchum vsque et poſt eum floruit ſub Polycrate, cuius fauore gaudebat, vid. infr. IX, 4. XII, 25. Natus eſt circa 2. annum Olymp. LV. Vitam ſecuram otioſamque negotiis praeferebat, quod et poemata ſua docent, quae hilare eius ingenium animumque ſemper contentum, ſed et lubrica amantem ſpirant, quamquam non omnia Anacreonti attribuenda videntur. Mortuus dicitur eſſe vuae paſſae grano, decrepitus iam ſenex, v. Val. Max. IX, 12, 9.

πορευσῃ ὡς αὐτον] ὡς ſaepe ita ſolet poni, vt Praepoſitiones *επι*, *προς*, *εις* vel omiſſae vel expreſſae ſint; in tali autem conſtructura ὡς valere *ἑως* *vsque* dixit Zeune, quem, vt Erneſti, vid. ad Xen. M. S. II, 7, 2. Iſocr. paneg. c. 7. ed. Mor.

ὡς ην φιλοχρηματος] Accuſatus paſſim auaritiae, et quod primus muſam fecerit mercenariam, v. infr. IX, 1. Phaedr. IV, 17. Sed talis erat mos poetarum huius temporis, qui laudes ſuas, quibus putant immortalem aliis a ſe donari gloriam, palam vendunt.

εργον δε ην] Quidquid aliquis adſidue facit, eſt *εργον*. *Studium erga eruditos erat res ſua.* Valde exquiſita locutio eſt illa Xen. Cyr. VIII, c. 4. p. 764. *εργον εχω δεομενος*, *valde rego, operam do rogando*, vt vertit Zeune.

εσπευδεν] Sluisk. *επεδευεν*, Plato d. l. *επιβουλευων*. Sed nil deſideres.

Digitized by Google

ϕῶν καλὸς καὶ ἀγαθός. λέγει δὲ Πλάτων ταῦτα, εἰ δὴ ὁ Ἵππαρχος Πλάτωνός ἐϛι τῷ ὄντι (μαθητής).

ΚΕΦ. Γ'.

Περὶ βοὸς παρ' Ἀθηναίοις σφαγῆς, καὶ Διϊπολίων καὶ Βϛφονίων ἑορτῶν.

Ὅτι Ἀττικὸν τοῦτο τὸ ἔθος· ὅταν ὁ βοῦς ἀποσφαγῇ, τῶν μὲν ἄλλων ἀπεψηφίζονται, κρίνοντες ἕκαϛον ἐν τῷ μέρει φόνου. καταγινώσκουσι δὲ τῆς μαχαίρας, καὶ λέγουσι ταύτην ἀποκτεῖναι αὐτόν. καὶ ἐν ᾗ ταῦτα ἡμέρᾳ δρῶσι, Διϊπόλια τὴν ἑορτὴν καλοῦσι, καὶ Βουφόνια.

Πλατωνος εϛι τῳ οντι (μαθ.)] Manifeſte adulterina eſt vltima vox, vt iam viderunt Fab., Scheff., Kuhn.; et tamen in Mſtis et edd. comparet. Deſignatur enim hic non *diſcipulus*, ſed dialogus Platonis *Hipparchus* adpellatus, non tamen ab hoc, ſed ab alio, Socrati aequali.

Ὁ βους αποσφαγῃ] De boue non temere mactando vid. V, 14.

εν τῳ μερει] Vertitur *viciſſim*, *alternis*, quando de duobus agitur; at quando de pluribus, notat *ſingulos ſeparatim*, *et ita ordine per vices.*

Διιπολια] Feſtum ſic dictum, quia tunc ſacra fiebant Ioui Πολιει (a πολιευς, *vrbium cuſtos*, epithet. Iouis). Antiquiſſimum autem fuit, vnde διιπολιωδη ap. Ariſtoph. *Nub.* pro *antiquis valde et obſoletis* ponitur. Res autem, teſte Porphyrio, ita geſta fuit: Athenienſes in Diipoliis bouem immolaturi virgines primum legerunt (ὑδροφορους) quae aquam ferrent ad acuendam ſecurim et cultrum. Dein alius, tradita ſecuri, bouem deiecit, alius cultro mactauit. Tum, corio alterius manu detracto, omnes de caeſo boue aliquid deguſtarunt, pellem denique foeno ſuffarctam ita conſuerunt, vt priſtinam bouis ſpeciem mentiretur, aratro quoque adpoſito, ac ſi terram proſcindere vellet. Poſtremo caedis cognitio inſtituta et ad dicendam cauſam euocati, qui culpae adfines videbantur; ſed alius in alium crimen transtulit. Percuſſor (βουφονος) denique ſecurim arguit, cultrumque, qui, voce, quam mitterent ſupplicem, deſtituti, atque adeo caedis facile damnati et in mare abiecti ſunt.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ Πολιάρχου τρυφῆς.

Πολίαρχόν φασι τὸν Ἀθηναῖον εἰς τοσοῦτον προελθεῖν τρυφῆς, ὥστε καὶ κύνας καὶ ἀλεκτρυόνας ἐκείνους, οὓς ἔχαιρεν, ἐκκομίζειν ἀποθανόντας δημοσίᾳ· καὶ ἐπὶ τὴν ἐκφορὰν αὐτῶν παρεκάλει τοὺς φίλους, καὶ ἔθαπτεν αὐτοὺς πολυτελῶς, καὶ ἐπισήματα αὐτοῖς ἀναστήσας, ἐπιγράμματα κατ' αὐτῶν ἐνεκόλαπτεν.

ΚΕΦ. Ε'

Περὶ Νηλέως, καὶ Μέδοντος, καὶ ἐν Ἰωνίᾳ δώδεκα πόλεων.

Ὅτι Νηλεὺς ὁ Κόδρου, τῆς βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, διὰ τὸ τὴν Πυθίαν Μέδοντι τὴν ἀρχὴν περιάψαι εἰς ἀποικίαν στελλόμενος. τῇ Νάξῳ δὲ προσωρμίσθη οὐχ ἑκὼν, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος βιασθείς. ἀπᾶραι δὲ βουλόμενον, καταπνέοντες ἐναντίοι ἄνεμοι διεκώ-

Επισηματα] Suidas *στηλαι επιταφιοι*. In illis autem inſcribi ſolebant epitaphia.

Νηλευς ὁ K.] Fuit pater Neſtoris, illius apud Hom. tam celebris ſenis, qui Pyli Meſſeniae regnabat. *Medon* autem Nelei frater, primus poſt reges archon perpetuus Athenis, vid. ad V, 13 init. Ceterum plures fuerunt Athenis Nelei nomine inſignes.

εις αποικιαν στελλομενος] Certiſſime, etſi contradicunt omnes Mſti, pro *στελλομενῳ* legendum eſt *στελλομενος*. Sic poſtulat et hiſtoria, et ipſe Aelianus. Neleus enim in coloniam profectus eſt ſponte ſua, et quia fratris maioris quidem natu, ſed claudi, imperium non ferre poterat. Qua litis fraternae occaſione Athenienſes, quum Medonti ab oraculo adiudicata eſſet *ἡ αρχη*, vel vt gratificarentur Neleo, vel quia et ipſi volebant ſummum ciuitatis magiſtratum imminui titulo ac poteſtate, Medontem declararunt non *regem*, ſed *archontem*, *regem* autem renuntiarunt ipſum Iouem, vid. Pauſ. Meſſ. 5. Vid. plura ad V, 13.

Digitized by Google

διεκώλυον. ἀποροῦντι δὲ αὐτῷ ὑπὲρ τῶν ἐνεστώτων οἱ μάντεις ἔφασαν δεῖν καθαρθῆναι τὸ στρατόπεδον, ὡς συμπλεόντων πολλῶν οὐ καθαρῶν τὰς χεῖρας. προσεποιήσατο δὴ καὶ αὐτὸς ἀποκτεῖναί τινα παῖδα, καὶ δεῖσθαι καθαρμοῦ. καὶ αὐτὸς ἀνεχώρησε, καὶ τοὺς ἄλλους ἔπεισε τοὺς συνειδότας ἑαυτοῖς. οὗ γενομένου, καὶ γνωσθέντων ἐκείνων, αὐτοὺς μὲν ἀπέλιπεν, οἱ δὲ ᾤκησαν τὴν Νάξον. Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν Ἰωνίαν ἀφίκετο. καὶ πρῶτον μὲν ᾤκησε Μίλητον, Κᾶρας ἐξελάσας, καὶ Μυγδόνας, καὶ Λέλεγας, καὶ ἄλλους βαρβάρους, ἀφ'

ου καθαρων τας χειρας] Sic ſupra III, 44. extr. ſc. *κατα*. Propria autem eſt locutio haec homicidis denotandis. Sluisk. pro *ὡς* habet *και*, et *τινων* pro *πολλων*. Perizonio vtrumque poſterius ex gloſſa ortum videtur et legendum *ὡς και σ. ου. κ. τ. χ.*

και αυτος ανεχωρησε] Ex h. l. diſcimus, impios, quia expiari debebant, ſeceſſiſſe e medio, ne ſcil. ſuo contagio reliquos contaminarent. *Ου γαρ θεμις, βεβηλον ἁπτεσθαι δομων*, Eurip. Proteſ. Sic Oreſtes, occiſa matre, quum veniſſet ad Troezenios, et ab iis expiari vellet, quia nemo eum domo recipere volebat, manere debuit in tentorio quodam, vsque dum expiatus eſſet, vid. Pauſ. Cor. c. 32. Similiter apud Romanos, vrbe luſtrata, capra per vrbem ducta, cornibus ardentibus, porta Naeuia emittebatur relinquebaturque, aliarum vero hoſtiarum cinis in mare ſpargebatur. Similia in Moſaicis reperies. In expiationum enim feſto publico, duo hirci admouebantur altari, et alter offerebatur in expiationem, alter vero, in cuius caput ab ſacerdote deriuabantur peccata totius populi, emittebatur deinde in terram remotam vel deſertam, vid. Leuit. 16, 9. ff. it. in expiationibus leproſorum adhibebantur duae aues, ibid. 14, 5. ff. Sic leproſi ipſi per aliquot dies a populo ſecernebantur, vt purgarentur et luſtrarentur, vid. Num. 12, 11.

ῳκησαν την Ναξον] Sic in antiquis edd. ſuperioris ſeculi et Mſtis Lugd. At in Tornaeſianis et reliquis huius ſeculi vt et Sluisk. *ῳκισε*, quod et Kuhn. in indice ſuo praefert. Periz. contrarium mauult, nam non condidiſſe (*οικισαι*) Neleum Naxum, ſed tantum inhabitaſſe (*οικησαι*), etſi vltimum huius capitis *ῳκισε* concedit. Sed negari non poteſt, non ſemper ab auctoribus obſeruatam eſſe illam inter *οικιζειν* et *οικειν* differentiam et ſec. Spanh. ad Callimach. Del. 227. *οικιζειν πολιν* dici et eos, qui vrbem inſtaurent muniantque.

Μιλητον] v. Strab. XIV, p. 938. B. Pauſ. VII, 2.

Digitized by Google

ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν ἐν Ἰωνίᾳ. εἰσὶ δὲ αἵδε. Μίλητος, Ἔφεσος, Ἐρυθραὶ, Κλαζομεναὶ, Πριήνη, Λέβεδος, Τέως, Κολοφὼν, Μυοῦς, Φώκαια, Σάμος, καὶ Χῖος. καὶ ἄλλας δὲ πολλὰς ὕστερον ᾤκισε πόλεις ἐν τῇ ἠπείρῳ.

ΚΕΦ. ϛʹ.

Περὶ ἀγραμματίας καὶ ἀπαιδευσίας τῶν βαρβάρων.

Τῶν ἀρχαίων φασὶ Θρᾳκῶν μηδένα ἐπίστασθαι γράμματα. ἀλλὰ καὶ ἐνόμιζον αἴσχιστον εἶναι πάντες οἱ τὴν Εὐρώπην οἰκοῦντες βάρβαροι, χρῆσθαι γράμμασιν. οἱ δὲ ἐν τῇ Ἀσίᾳ, ὡς λόγος, ἐχρῶντο αὐτοῖς μᾶλλον, ἔνθέν τοι καὶ τολμῶσι λέγειν, μηδὲ τὸν Ὀρφέα σοφὸν γεγο-

ἀφ᾽ ὧν αἱ δώδεκα — ἐκληθ.] Nihil hic mutant Mſti. Vrbes enim, Perizonii ſententia, ita cognominabantur, vt haec diceretur eſſe Carum, iſta Mygdonum, illa Lelegum, alia aliorum vrbs.

Τὸν Ὀρφέα σοφὸν] expone, *eruditum, literis excultum.* De literis enim hic agitur, et illis diſciplinis, quas eruditi et philoſophi ex aliorum ſcriptis maxime hauriunt, non de illa ſapientia, quae vi iudicii atque vſu rerum et prudentia comparatur. Perizonius autem haec voluiſſe Androtionem, hominem Atticum, putat: Eleuſinia non, vt plerique tradunt, ab Eumolpo Thrace potiſſimum profecta, ſed, vt alii, ab eius trinepote, Muſaei poetae filio, homine Attico. Refutari etiam ab eo ſententiam eorum, qui ex Thracia repeterent diſciplinas ſacras et profanas, contraque adfirmare, Thraces antiquiſſimis temporibus literis quidem vſos fuiſſe. Aeque porro negare Androtionem, vera eſſe de Orpheo tradita, ac in primis, ab hoc profectas eſſe *τελετὰς*, huncque ex Aegypto reportaſſe omnem theologicarum rerum, inferni, poeſeos, ſcientiam. Et ſane certum eſt, literas primis temporibus magis floruiſſe in Aſia, quam in Europa, quod primi inter Graecos ſapientes et ſcriptores, Homerus, Thales, Scylax, Herodotus, Hippocrates, qui fuerunt Aſiatici, ſatis probarunt. Sic ipſi Athenienſes a Thracibus prima ſua ſacra acceperunt; et Graeci ſedem antiquiſſimam Muſarum in illis locis Thraciae collo-

Digitized by Google

γεγονέναι, Θρᾷκα ὄντα, ἀλλ' ἄλλως τοὺς μύθους αὐτοῦ καταψεύσασθαι. ταῦτα Ἀνδροτίων λέγει, ἐν τῷ πιστὸς ὑπὲρ τῆς ἀγραμματίας καὶ ἀπαιδευσίας Θρᾳκῶν τεκμηριῶσαι.

collocarunt, vnde étiam *Pierides* et *Libethrides* fuerunt dictae. Extendebatur autem tunc Thracia vſque ad Theſſaliam ſeu iuxta mare Aegaeum vſque ad fluuium Peneum. Sed et intra ipſam habitauere olim Graeciam Thraces, vid. Pauſ. Att. c. 41. Atque ideo in antiquis fabulis legimus Athenienſibus negotium fuiſſe cum Thracibus; ſic Tereus, qui duxit Prognen, Thrax dicitur, etſi habitauit in Phocide, Pauſ. Phoc. c. 4. Quare Periz. iure credit, Orphea non fuiſſe literis, quae poſtea demum exortae ſunt in ipſa Graecia, iam tunc excultum, ſed tamen fuiſſe virum *ſapientem*, qui multa inuenerit et inſtituerit, quae dein ad Graecos ſint propagata, hos vero illa deinde in maius extuliſſe et multis contaminaſſe fabulis, ſicuti eius nomine hymnos ediderunt, qui a multis referuntur ad Piſiſtrati tempora. Battierii diſpoſitionem verborum μηδε τ. Ο., σοφον οντα, Θρακα γεγονεναι, quae Cl. Kuhn. iun. placet, non probari mihi fateor, quum de patria Orphei tota antiquitas non magis, quam de eius ſapientia dubitaret. Quamquam non poſſum, quin concedam, etiam το Θρακα οντα ita ſeparatum, et poſt verba σοφ. γεγον. pone ſequens paullulum diſplicere.

αλλως τους μ. αυτ. καταψ.] Voſſius, ſeqq. Hornio et Scheff., legit αλλους. Fab. et Kuhn. retinent vulgatum *veteres fabulas temere de eo eſſe mentitas*, vt ita αυτου regatur a καταψ. Neutra coniectura, opinor, contemnenda. Sed tamen putet Periz. ſcripſiſſe auctorem κατεψευσθαι; ſimiliter enim legi XII, 36. αλλ' ὡς πολλα — κατεψευσαι αυτου.

Ανδροτιων] Scripſit res Atticas ab ipſis initiis vſque, vnde ab omnibus Scholiaſtis laudatur ſaepiſſime. Perduxit hiſtoriam ſuam minimum vſque ad XXX tyrannos, adpellauitque eam Ατθιδα. Veteres fabulas ſtuduit reuocare ad fidem et veritatem hiſtoricam, ſic *Spartos* Cadmi tradidit non ex dentibus draconis, ſed ex eo, quod venerint cum Cadmo ex Phoenice, σποραδες *vagi homines*, et varii generis, ſeu quod σποραδην, *ſparſim*, habitarint; item Amphictyonum conſeſſum non ab Amphictyone, Deucalionis filio, inſtitutum, ſed ab Amphictyonibus h. e. vicinis ſic adpellatum. Ceterum videtur tempore Pyrrhi Epirotae vixiſſe, ſtante adhuc republica Athen., a qua, ſecundum Plutarch. in exilium miſſus et vnde ideo Megara abiit.

εν τῳ πιστος] ſc. εστι.

ΚΕΦ. Ζ'.

Περὶ ἑστιωμένων γάμων ὑπ' Ἀλεξάνδρε, ὅτε Δαρεῖον ἐνίκησεν.

Ἀλέξανδρος, ὅτε Δαρεῖον εἷλε, γάμες εἱςία καὶ ἑαυτε καὶ τῶν φίλων. ἐννενήκοντα δὲ ἦσαν οἱ γαμῦντες, καὶ ἰσάριθμοι τέτοις οἱ θάλαμοι. ἦν δὲ ὁ ἀνδρὼν, ὁ ὑποδεχόμενος καὶ ἑςιῶν αὐτὲς, ἑκατοντάκλινος· καὶ ἑκάςη κλίνη ἀργυρόπες ἦν, ἡ δὲ αὐτῦ χρυσόπες· καὶ κεκόσμηντο πᾶσαι ἁλεργοῖς καὶ ποικίλοις ἱματίοις ὑφῆς βαρβαρικῆς μεγατίμε. συμπαρέλαβε δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τὲς ἰδιοξένες, καὶ κατέκλινεν ἀντιπροσώπες ἑαυτῷ. ἐν δὲ τῇ αὐλῇ εἱςιῶντο αἵτε ἄλλαι δυνάμεις, αἱ πεζαὶ, καὶ αἱ ναυτικαὶ, καὶ οἱ ἱππεῖς, καὶ αἱ πρεσβεῖαι δὲ εἱςιῶντο, καὶ οἱ παρεπιδημῦντες Ἕλληνες. καὶ ἐγένετο τὰ δεῖπνα προσαλπιςά· τὸ μὲν συγκλη-

Εἷλε] Vid. ad II, 25 med. Caput hoc totum habes apud Athen. XII, 9.

ὁ ἀνδρων] Notabat conclaue conuiuiis deſtinatum, quod erat virorum, nam feminae apud Graecos in conuiuium non adhibebantur, niſi propinquorum, vt ait Nep. praef.

ὑφης βαρβ.] Intelligit ſine dubio babylonicas veſtes, ſeu ſtragulas, quae texendo pingebantur.

εν τῃ αυλῃ] h. e. veſtibulo, vid. ad III, 4. Erat autem hocce veſtibulum *quatuor ſtadiorum in circuitu*, teſte Athenaeo.

αἵτε αλλαι — etc.] Perizonio auctor videtur repetendo verbum εἱςιωντο voluiſſe legationes et peregrinantes Graecos ſeparare a militibus atque ideo maiore vſus eſt diſtinctione poſt ἱππεις. Mihi non idem videri fateor, haudque ſcio, an poſterius εἱςιωντο ex antecedente, errore librarii, repetitum ſit. Tunc locum ita vertendum putem: *In eo veſtibulo, praeter copias*, nempe *terreſtres, nauales et equites, etiam legationes et peregrinantes Graeci conuiuio excipiebantur*; vel *cum copiae — tum legationes*, (vid. ſupra ad II, 13 in. de τα αλλα, και). Quin ipſe Athenaeus, vt fatetur Periz., omnes coniungit, et in veſtibulo pariter exceptos ait.

προσαλπιςα] Malit Scheff. προς σαλπιγγα, vt et Athenaeus. Lugd. vero et antiqua manus in Mſto Sluisk. tuentur vulga-

Digitized by Google

συγκλητικὸν μέλος ᾖδον, ὅτε αὐτοὺς ἐχρῆν παριέναι ἐπὶ τὴν δαῖτα: τὸ δὲ ἀνακλητικὸν, ὅτε ἐσήμαινον ἀπαλλάσσεσθαι. πέντε δὲ ἡμέρας καθεξῆς τοὺς γάμους ἔθυεν. ἀφίκοντο δὲ καὶ μουσουργοὶ, καὶ ὑποκριταὶ, οἱ μὲν κωμῳδίας, οἱ δὲ τραγῳδίας, πάμπολλοι. ἦσαν δὲ καὶ ἐκ τῆς Ἰνδικῆς θαυματοποιοὶ διαπρέποντες, καὶ ἔδοξαν δὲ αὐτοὶ κρατεῖν τῶν ἄλλων τῶν ἀλλαχόθεν.

ΚΕΦ. Η'.

Περὶ γραφικῆς τέχνης.

Κόνων ὁ Κλεωναῖος ἐξειργάσατό, φασι, τὴν τέχνην τὴν

vulgatum. Declarari videtur hoc vocabulo, omnia, quae fieri deberent, fuiſſe prius buccinae ſono ſignificata in hisce conuiuiis.

μελος ηδον] Vulgata *ᾳδον cantitans.* Sed hoc nihil eſſe ait Perizon., et ſine haeſitatione legit *ηδον*, cuius Nominatiuum adfert *δειπνα προσαλπ.*, vel, vt malim, *σαλπιγγες*, quod ex *προσ.* ſuppleas; certe eamdem ellipſin reperies ad *εσημαινον.* Med. 3, et Sluisk. *ᾳδουσης*, quod Gronouio placet ſc. *σαλπιγγας*,

ανακλητικον] Militare loquendi genus; tuba enim ſignum receptui datur; hic autem erat ſignum conuiuii ſoluendi ob multitudinem conuiuarum.

γαμ. εθυεν] *propter nuptias ſacrificauit.* Sic *θυειν τα γαμηλια*; it. *θυειν τα ευαγγελια*, *victimam caedere ob laetum nuntium.* Vid. ſupr. I, 15. *θ. τα αναγωγια*.

ησαν δε και εκ της Ινδικης] Athenaeus hosce Indos facit miniſtrantes conuiuis, alios vero eosque nominatim *θαυματοποιους*, qui erant non Indi, ſed Graeci. Quare vel Noſter, vel ille turpiter eſt lapſus; putat autem Periz., Noſtrum erraniſſe, qui id etiam c. 17. et ſupr. IV, 23. fecerit, quumque et hi ipſi Graeci ab Athen. I, 17. tamquam *θαυματοποιοι ενδοξοι παρ' Αλεξ.* laudentur, et iſto tempore illi eſſent maxime nobiles in Aſia minore et Graecia.

και εδοξαν δε αυτοι κρατ.] *imo videbantur adeo* (*αυτοι*) *ſuperare* cet.

Κονων] Legendum potius *Κιμων*, quia Plinio hiſt. nat. XXX, 8. inter antiquiſſimos laudatur pictores, vt qui primus *inuenerit obliquas imagines et varias vultuum formas, articulis distinxerit membra, venas protulerit, in veſte etiam rugas et ſinus.* Vid. et anthologi-

τὴν γραφικὴν, ὑποφυομένην ἔτι, καὶ ἀτέχνως ὑπὸ τῶν πρὸ αὐτῦ καὶ ἀπείρως ἐκτελȣμένην, καὶ τρόπον τινὰ ἐν σπαργάνοις καὶ γάλαξιν ȣ̓σαν. διὰ ταῦτά τοι καὶ μισθȣ̀ς τῶν πρὸ αὐτῦ πρῶτος ἔλαβεν ἁδροτέρȣς.

ΚΕΦ. Θ'.

Περὶ τυράννȣ ὑπὸ τῶν ἑαυτῦ παιδικῶν φονευθέντος.

Ἀρχέλαον τὸν Μακεδόνων τύραννον (ȣ̓́τω γὰρ καὶ Πλάτων αὐτὸν ὀνομάζει, καὶ ȣ̓ βασιλέα,) τὰ παιδικὰ αὐτῦ, Κρατεύας, ἐρασθεὶς τῆς τυραννίδος, ȣ̓δὲν ἧττον, ἤπερ ἐκεῖνος τῶν παιδικῶν ἠράσθη, ἀπέκτεινε τὸν ἐραστὴν ὁ Κρα-

logiam Graecorum epigramm. — Cod. Med. 3. *τεχνην γραφ. την ὑποφ.*

εν σπαργανοις και γαλαξιν] vt noſtrates, *in der Wiege, in der Kindheit*; eamdem phraſem vid. X, 10. ib. not.

Ἀρχελαον] De quo vid. ad II, 21.

ȣ̓τω γαρ και Πλατων] Exhibet Noſter verba Platonis ex Alcib. II, c. 5. vsque ad *ετελευτησεν*. Ceterum Plato *τυραννον* adpellat Archelaum, quia, vt idem ait in *Gorgia*, erat *τα μεγιςα ηδικηκως των εν Μακεδονιᾳ*. Occiderat enim, vt ſup. c. I. dictum, patruum ſuum Alcetam, et illius filium, deinde ſuum quoque fratrem, puerum ex regina natum, quem in puteum deiiciebat. — Archelaus fuit et laborioſiſſimus menteque maxima praeditus, et doctrinam eruditosque maxime coluit, quapropter vndique ad ſe conuocauit philoſophos et poetas, vt notum eſt de Euripide, hoſpite eius et familiariſſimo; ſic et Socratis amicitiam comparare ſibi valde ſtuduit, ſed fruſtra; is enim eius crudelitatem merito repudiauit, vid. Senec. *de benef.* V, 6. infr. XIV, 17.

Κρατευας] Sic vterque cod. et Plut. in *ερωτ.* Diodor. autem XIV, p. 671. ed. Weſſel. et Moſchopul. in vita Eurip. Craterum vocant, quod placet Scheff. Sed *Κρατευας* nomen Macedonicum erat, vt monet Kuhn., qui etiam putat, illud et nomen *Κρατερος* idem eſſe, niſi quod prius magis ſapiat Macedoniſmum. Interfecit autem, auctore Diod., regem imprudenter in venatione. Sed Ariſtot. Polit. V, 10. Craterum dicit coniuraſſe in caput amatoris

Digitized by Google

ὁ Κρατεύας Ἀρχέλαον, ὡς τύραννός τε καὶ εὐδαίμων ἀνὴρ ἐσόμενος. τρεῖς δὲ ἢ τέσσαρας ἡμέρας τὴν τυραννίδα κατασχὸν τὸ μειράκιον, πάλιν αὐτὸς ἐπιβελευθεὶς ὑφ᾽ ἑτέρων ἐτελεύτησεν. εἴη δὲ πρεπωδέςατον ἐπειπεῖν τῷδε τῷ Μακεδονικῷ δράματι τὸ ἔπος ἐκεῖνο·

Τεύχων ὡς ἑτέρῳ τις, ἑῷ κακὸν ἥπατι τεύχει.

ὅτι διεψεύσατο αὐτῷ, φασιν, Ἀρχέλαος τῶν θυγατέρων μίαν δώσειν· ὅτε δὴ ἄλλῳ συνῴκισε τὴν παῖδα, ὑπεραγανακτήσας διέφθειρε τὸν Ἀρχέλαον.

ΚΕΦ.

toris vna, cum Hellanocrate. Vid. mox, quam profert Aelian., cauſam mortis.

ὁ Κρατευας Αρχελαον] Valde miror, nec Perizonium, nec alium editorem haec verba offendiſſe, quum ex margine in textum irrepſiſſe et gloſſema eſſe videantur, quo quispiam locum, vbi tum verba praecipua *Κρατευας* et *Αρχελαος* nimis longe a ſuo verbo *απεκτεινε* ſeiuncta ſint, tum ordo verborum verbis *ηπερ εκεινος — ηραϑη* aliquantulum perturbatus videatur, illuſtrandum putauerit. Quamquam non ignoro, Aelianum amare repetitiones vel additiones (exempla vid. ad I, 30 med.), ſed repetitiones vel additiones alius modi, et quae praecipue confirmant ſententias, vt *τϰτον* cap. ſeq. in. et *και εκεινα* cap. 11. Hic autem ipſe Plato Alcib. II, 5. repetitionem repudiauit.

κατασχον το μειρακιον] Lugd. *κατασχων*; et ita Plato, ſed omiſſo *τω μειρακιον*, quod Noſter videtur addidiſſe, nec tamen ideo mutaſſe genus Participii. In ſyntaxi enim ſaepe veteres attendunt magis ad intellectum, quam expreſſum vocabulum, v. II, 1. *ὁ μεν ηγονια — το μειρακιον*; it. IX, 33 in.

τευχων ὡς ἑτερῳ] Eſt verſus incerti poetae, quem tamen ex Heſiodi *εργ.* 263. Lucil. in Anthol. II, 25. ita expreſſit:

ὁς δ᾽ αλλῳ κακα τευχει, ἑῳ
κακον ἡπατι τευχει.

Ceterum, poetarum more, iecur, pars hominis pro toto adhibetur; quamquam veteres iecur ſedem eſſe malarum cogitationum putarunt, in primis irae, Hom. Il. *ά*, v. 81. quod ibi V. cl. Köppen ita explicat: iram vehementem valde commouere ſanguinem ac praecipue particulas eius oleaceas, vnde oriatur bilis; qua deinde commotione effluxus bilis in ſanguinem augeatur, adlegatque *Platners Briefe an Aerzte über d. menſchl. Kürp.* P. II, p. 460.

ὅτι διεψευσατο] Hanc irae ſuae et caedis cauſam praetexuiſſe Crateuam, putat Ariſtot. Polit. V, 10. qui aliam veriorem refert.

ΚΕΦ. Ι′.

Περὶ Σόλωνος, καὶ τῶν αὐτῷ καὶ Δράκοντι γραφέντων νόμων.

Σόλωνα αἱρετὸν Ἀθηναῖοι προείλοντο ἄρχειν αὐτοῖς· οὐ γὰρ κληρωτὸν τοῦτον. ἐπεὶ δὲ ᾑρέθη, τά τε ἄλλα ἐκόσμησε τὴν πόλιν, καὶ δὴ καὶ τοὺς νόμους τοὺς νῦν ἔτι φυλαττομένους συνέγραψεν αὐτοῖς. καὶ τότε ἐπαύσαντο Ἀθηναῖοι χρώμενοι τοῖς Δράκοντος. ἐκαλοῦντο δὲ ἐκεῖνοι Θεσμοί· μόνους δὲ ἐφύλαξαν τοὺς φονικοὺς αὐτοῦ.

ΚΕΦ.

Σολωνα αἱρετον] Dubitabatur adhuc ab eruditis, vtrum archontes fuerint *αἱρετοι*, i. e. e populo *electi*, an *κληρωτοι*, i. e. *ſorte*, fabis capta, *lecti*. Quod poſterius Meurſius in libro de *archontibus* probare ſtuduit. Sam. vero Petitus LL. Attic. p. 219. vtramque ſententiam coniungere voluit. Haec ad h. l. pluribus ex Ariſtot. *Polit.* II, 10. Iſocr. *Areop.* et Plutarch. *Ariſtid.* ita expoſuit Periz., vt adpareat, Solonis tempore Archontes fuiſſe *αἱρετους*, h. e. *creatos* a populo ex opulentiſſimis ciuibus. At poſtea, vt respubl. Athen. varias ſubierat mutationes, (v. ſup. V, 13.) Ariſtidem poſt victos Perſas legem tuliſſe, vt crearentur optimi promiſcue ex omnibus. Tandem vero, quum resp. iam eſſet magis popularis, obtinuiſſe, vt, quoniam in creandis magiſtratibus opulentiores praeualerent factione et clientelis, caperentur igitur ſorte ex illis, qui per leges eſſent idonei ad gerendum hunc magiſtratum. Vid. Zeun. ad Xen. M. S. I, 2, 9. De Solone vidd. *Meiners Geſchichte d. Wiſſenſch. v. Griech.* T. II. in. et *Barthélemy Reiſe d. iungen Anacharſis* T. I. p. 84 ſſ.

τοις Δρακοντος] Draco leges ſuas Olymp. XXXIX, 1. confecit, quae quum viliſſimum furtum ac ipſum otium, morte vel perpetua turpitudine punirent atque adeo iudices vitae domini fierent; ſanguine, non atramento ſcriptae a Demade dicebantur, et, vt iudicauit Ariſtoteles, ſola ipſarum acerbitate memorabiles erant. Diſtincta ſane in iis notari poſſunt primae et tantum naſcentis legislationis veſtigia. Non carebant barbarie atque contradictionibus, nec conditionem plebis ac pauperum miſerrimam vllo modo reddebant meliorem. Quid multa? Vndique deſiderabantur ea, quae poſt fere 50 annos Solon perfecit.

Θεσμοι] Sic proprie *leges* dicebantur Athenis. Sed κατ' ἐξοχην ita vocabant leges Draconis,

ΚΕΦ. ΙΑ.

Περὶ πραγμάτων μειώσεως καὶ φθορᾶς, καὶ τῦ κόσμυ αὐτῦ.

Οὐδὲν ἔτι θαυμάζομεν, εἰ ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, θνητὴ ὖσα καὶ ἐφήμερος, φθείρεσθαι αὐτὺς ἀναγκάζει· ὅπυ καὶ τὺς ποταμὺς ὁρῶμεν ἐπιλείποντας, καὶ τῶν ὀρῶν δὲ τὰ ὑψηλότατα ἀκύομεν μειύμενα καὶ ἐκεῖνα. τὴν γῦν Αἴτνην φασὶν οἱ πλέοντες, ἐξ ἐλάσσονος ὁρᾶν, ἢ πρό τυ ἐβλέπετο· τὸ δὲ αὐτὸ τῦτο καὶ τὸν Παρνασσὸν παθεῖν, καὶ τὸν Ὄλυμπον τὸν Πιερικόν. οἱ δὲ ἔτι μᾶλλον δοκῦντες τὴν τῶν ὅλων φύσιν κατεσκέφθαι, λέγυσι καὶ τὸν κόσμον διαφθείρεσθαι αὐτόν.

ΚΕΦ. ΙΒ'.

Περὶ Δημοσθένυς, Αἰσχίνυ, Θεοφράςυ, καὶ Δημοχάρυς.

Παράδοξόν γε, ὐ γὰρ ἀληθὲς, ἐκπεσόντος Δημοσθένυς

conis, quia incipiebant ab hoc vocabulo.

Και εκεινα] Vid. de talibus, vt haec, additionibus not. ad ſupr. I, 30. et ad VIII, 9.

εξ ελασσονος] ſc. διαςηματος. Ceterum de Aetna idem vid. Senec. VI, ep. 79.

Παρνασσον] Sluisk. et Med. 3. Παρνασον.

Ολυμπον τον Πιερικον] Sic loquitur, quia plures erant montes huius nominis v. c. in Arcadia, in Myſia minori, in Galatia; Schol. ad Apollon. I. numerat ſex. Hic autem mons erat iuxta fluuium Peneum in Pieria, quae fuit regio, olim Thraciae, dein Macedoniae adſcripta. Mela II, 3. *hinc* (a Peneo) *non longe eſt Olympus, Pelion, Oſſa, montes Gigantum fabula belloque memorati, hic Muſarum parens domusque Pieria*; vid. III, 1. in.

Ου γαρ αληθες] Locus haud dubie vitioſus. Perizon. illud αληθες eſſe putat a gloſſa imperiti hominis, qui illud ε γαρ non intellexerit, adeoque ſupplere voluerit, vt putabat, ſenſum, absque eo tamen integerrimum. Caſaubonus coniectat non male ε γαρ; αληθες

νοῦς ἐν Μακεδονίᾳ. Αἰσχίνης δὲ ὁ Ἀτρομήτου ὁ Κοθωκίδης καὶ ἐνευδοκίμει τοῖς Μακεδόσι, καὶ πάμπολυ περιῆν τῶν πρέσβεων τῷ φρονήματι. αἰτία δὲ ἦν ἄρα τούτου τῷ Αἰσχίνῃ, ἥ τε πρὸς Φίλιππον φιλία, καὶ τὰ ἐξ αὐτοῦ δῶρα· καὶ ὅτι πρᾴως καὶ ἡδέως ἤκουεν αὐτοῦ ὁ Φίλιππος, μειλιχίῳ τῷ βλέμματι προσβλέπων, καὶ ὑποφαίνων ἐξ αὐτοῦ τὴν εὔνοιαν. ἅπερ ἦν πάντα ἐφόλκια ἦν εἰς τὴν παῤῥησίαν τῷ Αἰσχίνῃ, καὶ τὴν τῶν λόγων εὔροιαν. οὐ μόνος δὲ τοῦτο ἔπαθε Δημοσθένης ἐν Μακεδονίᾳ, καί τοι δεινότατος ὢν εἰπεῖν, ἀλλὰ καὶ Θεόφραστος ὁ Ἐρέσιος. ἐξέπεσε γὰρ καὶ οὗτος ἐπὶ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς λέγων, καὶ ταύτην ἀπολογίαν προεφέ-

θες δε, cui tamen praeferre maluerit Perizonius Ienſii lectionem ου γαρ αλλο αληθες, tum ob ſimilitudinem literarum in initio ſequentis vocabuli, tum maxime, quia Graeci coniungunt plerumque ου γαρ αλλα, quod Suidas ſimpl. explicat per και γαρ.

εκπεσοντος Δημοσθενους] ſcil. χρημα, vt ait Periz., quod et ſupra II, 13. exprimitur παμπολυ τι χρημα των Ἑλληνων αφικετο, et c. 22. Dubitat tamen, an potius Genitiui ſint abſoluti et coniungendi cum ſeqq. hoc modo, παρ. γ., ου γαρ; αλλ᾽ αληθες. Εκπεσ. Δημ. εν Μακ., Αισχ. δε cet., quod mihi quidem, omiſſa cum Kuhn. et Fab. Particula δε poſt Αισχ., plane probatur ac fere certiſſima videtur lectio. Res autem vere accidit in Macedonia coram Philippo, Maced. rege, quum Demoſthenes cum Cteſiphonte et Aeſchine legationem ad eum de pace ſubiiſſet. Ipſe Aeſchines refert in orat. de falſa leg., it. Plut. in vit. X rhet. Demoſthenem, poſtquam Aeſchines peroraſſet, praemiſiſſe prooemium obſcurum, mox ſubito conticuiſſe atque haeſitaſſe, et quum Philippus eum hortaretur, vt animum reciperet, Demoſthenem ſe colligere non potuiſſe, vid. Gell. VIII, 8.

εφολκια] Sic plane Mſti. Vſitatius tamen eſt in eo ſenſu et Adiectiui vſu, εφολκα, quod coniecit Geſn. Heſych. εφολκα, τα αγαγειν δυναμενα· ſed et paſſiuam ſignificationem habet. At εφολκια pr. ſunt parua nauigia, quae maioribus haerent, et ab aliis protrahuntur, quamvis et haec aliquando viciſſim illa trahunt, e. g. vel ex portu, vel in portum; ſic Io. Kuhn. Ex his mihi vtrumque vocabulum idem eſſe videtur, niſi quod poſterius in hoc *nauigii* ſignificatu vſitatius factum eſt.

ου μονος δε τουτο] Mſti ου μονον, ſed vulgatum praeferri recte mauult Periz.

Digitized by Google

προεφέρετο, ὅτι κατεπλάγη τὸ ἀξίωμα τῦ συνεδρίυ. πικρότατα ἦν ἀπήντησε καὶ ἑτοιμότατα πρὸς τῦτον αὐτῦ τὸν λόγον ὁ Δημοχάρης, εἰπών· Ὦ Θεόφραστε, Ἀθηναῖοι ἦσαν, ἀλλ' ὐχ οἱ δώδεκα θεοὶ οἱ δικάζοντες.

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Τίνες ὐκ ἐγέλων.

Ἀναξαγόραν τὸν Κλαζομένιόν φασι μὴ γελῶντά ποτε ὀφθῆναι, μήτε μειδιῶντα τὴν ἀρχήν. λέγυσι δὲ καὶ Ἀριστόξενον τῷ γέλωτι ἀνὰ κράτος πολέμιον γενέσθαι· Ἡράκλειτόν τε ὅτι πάντα τὰ ἐν τῷ βίῳ ἔκλαεν.

ΚΕΦ.

ὁ Δημοχαρης] Celeber et hic fuit orator, natus ex ſorore Demoſthenis, vid. ad III, 7.

Αναξαγοραν] Vid. ad III, 2.

την αρχην] ſc. κατα; aduerbial. fere cum negatione reperitur, ac vertitur *prorſus*.

Αριστοξενον] et tamen fuit vel maxime *muſicus*, vnde ita a plerisque cognominatur; vid. Gell. IV, 11. Erat diſcipulus Ariſtotelis, quem tamen mortuum foedis conuiciis proſcidiſſe dicitur, quia non ſe, ſed Theophraſtum deſignauerit ſucceſſorem, vt refert Suidas, quod tamen V. cl. Meiners, *Geſch. der Wiſſ.* cet. T. I, p. 221. ſecundum ab Ariſtocle ap. Euſeb. praep. ev. XV, 2. dicta — Αριστοξενυ δια παντος ευφημυντος Αριστοτελην, falſa et ex male intellectis orta putat. Nihilo tamen minus Socratem maximis accuſationibus vehementiſſime adgreſſus eſt. Ceterum patria fuit Tarentinus, maximoque ingenio, rariſſima doctrina praeditus et, poſt Ariſtotelem, celeberrimus cum Theophraſto Peripateticorum, vid. Cic. de or. III, 33. Attic. VIII, 4. Fin. V, 19. Tuſc. I, 10. 18. Exſtat adhuc eius liber περι στοιχειων ἁρμονικων. Animum docuit eſſe ipſius corporis intentionem quamdam, velut in cantu et fidibus, quae harmonia dicitur; ſic ex corporis totius natura et figura varios motus cieri tamquam in cantu ſonos.

Ἡρακλειτον] Philoſophus Epheſius, vixit tempore Democriti, ignem dixit eſſe, e quo omnia gignerentur, Cic. Acad II, 37. omnia fato fieri, Cic. Fat. 17. Senec. de ira II, 10. Erat valde obſcurus, et id conſulto, quare σκοτεινος dicebatur, vid. Diog. Laert. IX, ſ. 6. Ceterum his αγελαστοις addendi ſunt Diogenes Cynicus, Pyrrho, Timon, Socrates.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ Διογένȣς τελευτῆς.

Διογένης ὁ Σινωπεὺς, ὅτε λοιπὸν ἐνόσει ἐπὶ θανάτῳ, ἑαυτὸν φέρων μόνον ἔῤῥιψε κατά τινος γεφυρίȣ πρὸς γυμνασίῳ ὄντος, καὶ προσέταξε τῷ παλαιςροφύλακι, ἐπειδὰν αἴσθηται ἀποπεπνευκότα αὐτὸν, ῥίψαι εἰς τὸν Ἰλισσόν. ȣ̓́τως ἄρα ὀλίγον ἔμελε Διογένει καὶ θανάτȣ, καὶ ταφῆς.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Περὶ Φιλίππȣ ἐν νίκῃ ἐγκρατείας, καὶ τίνος ἐβȣ́λετο ἀναμιμνήσκεσθαι.

Ἐν Χαιρωνείᾳ τȣ̀ς Ἀθηναίȣς νίκῃ ἐνίκησε Φίλιππος, ἐπαρ-

Ὅτε λοιπον εν επ.] *Quum ad extremum lethali morbo aegrotaret.* Sic paſſim eo ſenſu adhibetur λοιπον, v. c. Act. ap. 17, 20. Epiſt. c. 39. και λοιπον, ὁταν τι συμβȣλευθῃ, *et quod ſupereſt*, ſ. *ad extremum, quando quid* cet. Sic et infra IX, 13 med. ενθα λοιπον ην αυτῳ cet. Επι θανατῳ, vt ſup. I, 30. ιδων αγομενȣς τινας επι θανατῳ, *ductos ad ſupplicium mortis.* Contra επι cum Accuſatiuo pro Datiuo, vid. Xen. ſymp. c, 3, 10.

ἑαυτον φερων μ. ερριψε κατα τ. γ.] *Se abiecit in pontem.* Φερων in tali conſtructione paſſim occurrit et declarat impetum quemdam, vel certum conſilium agendi id, quod agitur; ſic ſup. IV, 1 fin. Vid. Tib. Hemſterh. ad Luc. dial. ſel. p. 32. vbi plura de φερων ἑαυτον. Μονον, *ſine lecto, aut vlla alia re, ſolum* itaque ſuum corpus abiecit.

προς γυμνασιῳ] Intelligit *Craneum* extra vrbem Corinthum. Erat autem iſtic etiam tumulus Diogenis. Sluisk. et Lugd. προσεταττε.

Ιλισσον] Iliſſus fluuius eſt Atticae. Laert. memorat *Eliſſum*, ac ſane fuit fluuius *Eliſſon*, a Pauſ. Cor. c. 12. laudatus, in vicinia Corinthi, qui videtur Perizonio hic deſignari, quamuis forſan longius abfuerit. Vid. Menag. ad Laert. II, 71. Ceteroquin enim Noſter turpi errore gymnaſium Corinthiacum et Iliſſum Atticum flumen confuderit.

Digitized by Google

ἐπαρθεὶς δὲ τῇ εὐπραγίᾳ, ὅμως λογισμῷ ἐκράτησε, καὶ οὐχ ὕβρισε. καὶ διὰ ταῦτα ᾤετο δεῖν αὐτὸν ὑπομιμνήσκεσθαι ὑπό τινος τῶν παίδων ἕωθεν, ὅτι ἄνθρωπός ἐστιν· καὶ προσέταξε τῷ παιδὶ τοῦτο ἔχειν ἔργον, καὶ οὐ πρότερόν φασιν, οὔτε αὐτὸς προῄει, οὔτε τις τῶν δεομένων αὐτοῦ παρ' αὐτὸν εἰσῄει, πρὶν τοῦτο αὐτῷ τὸν παῖδα ἑκάστης ἡμέρας ἐκβοῆσαι τρίς. ἔλεγε δὲ αὐτῷ, Φίλιππε, ἄνθρωπος εἶ.

ΚΕΦ. ΙϚ'.

Περὶ Σόλωνος καὶ Πεισιστράτου.

Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου, γέρων ἤδη ὤν, ὑπώπτευε Πεισίστρατον τυραννίδι ἐπιθήσεσθαι, ἡνίκα παρῆλθεν εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῶν Ἀθηναίων, καὶ ᾔτει φρουρὰν ὁ Πεισίστρατος. ὁρῶν δὲ τοὺς Ἀθηναίους τῶν μὲν αὐτοῦ λόγων ῥαθύμως ἀκούοντας, προσέχοντας δὲ τῷ Πεισιστράτῳ, ἔφη, ὅτι τῶν μέν ἐστι σοφώτερος, τῶν δὲ ἀνδρειότερος. ὁπόσοι μὲν μὴ γινώσκουσιν, ὅτι φυλακὴν λαβὼν περὶ τὸ σῶμα, τύραννος ἔσται, ἀλλὰ τούτων μέν ἐστι σοφώτερος· ὁπόσοι δὲ γινώσκοντες ὑποσιωπῶσι, τούτων ἀνδρειότερός ἐστιν. ὁ δὲ λαβὼν τὴν δύναμιν, τύραννος ἦν. καθεζόμενος δὲ Σόλων πρὸ τῆς οἰκίας, τὴν ἀσπίδα καὶ τὸ δόρυ παραθέμενος ἔλεγεν, ὅτι ἐξώπλισται, καὶ βοηθεῖ τῇ πατρίδι, ᾗ δύναται, στρατηγὸς μὲν διὰ τὴν ἡλικίαν οὐκ

Λογισμῷ ἐκράτησε] Stob. ſerm 21. hinc exſcripto exhibet λογισμῷ. Melior vulgata; *mentem* ſcil., *tamen in officio continuit*, ne inſoleſceret *εἰς ὕβριν*. Ceterum huius virtutis cauſa illi fuit Demadis, Athenienſis tunc captiui, oratio, qua eum comměſſabundum et exſultantem indecore increpuit.

Ἤτει φρουρ. ὁ Πεισ.] Vid. ad V, 13.

ὑποσιωπῶσι] Sic Lugd. et Sluisk.; at Med. 1. *ἀποσιωπ.*, vtrumque ſatis huic loco conuenit.

λαβὼν τὴν δύναμιν] Sluisk. et Med. 1. ignorant *τὴν*. Parum belle, vt putat Periz.

οὐκ ἔτι ὤν, εὔνους δὲ διὰ τὴν γνώμην. ὅμως οὖν Πεισίστρατος, εἴτε αἰδοῖ τῇ πρὸς τὸν ἄνδρα καὶ τὴν σοφίαν αὐτοῦ, εἴτε καὶ μνήμῃ τῶν ἐφ' ἡλικίας, (λέγεται γάρ, αὐτὸν παιδικὰ γενέσθαι,) οὐδέν γε ἔδρασε κακὸν Σόλωνα.

Ὁ δ' οὖν Σόλων ὀλίγον ὕστερον, ὑπέργηρως ὤν, τὸν βίον ἐτελεύτησεν, ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ἀνδρείᾳ μεγάλην ἀπολιπὼν δόξαν. καὶ ἀνέστησαν αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἀλλὰ καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει ἐν δεξιᾷ εἰσιόντων, καὶ περιῳκοδόμητο αὐτῷ ὁ τάφος.

ΚΕΦ. ΙΖ'.

Περὶ Σκύθου, Ζαγκλαίων μονάρχου.

Ὅτι Σκύθης ὁ Ἰνύκινος, ὁ τῶν Ζαγκλαίων μονάρχης, ἀνέβη

ὁμως ουν Πεισις.] In Sluisk. et Med. 1. abeſt *ουν*.

αυτον παιδικα γεν.] Non male Fab. coniecit *αυτου*, probantibus etiam Scheff. et Periz.

ουδεν εδρασε κακ. Σολ.] Cum duobus Accuſatiuis. Sic Ariſtoph. Plut. 869. *τινα δεδρακε* (ſcil. *ὁ Πλουτος*) *δητα ταυτα*; Eurip. Oreſt. v. 1164. 1191.

ολιγον υστερον] Sic Lugd.; ita et ſupr. I, 16. At Sluisk. et Med. 1. *ολιγῳ*. Auctor autem videtur ſequi illorum ſententiam, qui tradidere, Solonem ſub Piſiſtrati tyrannide manſiſſe Athenis, et ſequenti anno mortuum. Plut. diſerte ait, eum amicis ſuadentibus fugam non auſcultaſſe, et id quod de cineribus eius per Salaminem ſparſis traditur, abſurdum pronuntiat. Sed tamen, ſi genuinae ſunt epiſtolae Solonis et aliorum ad Solonem ap. Diog. Laert., errant, qui Solonem manſiſſe Athenis aſſeuerant et Solis in inſula Cypro, ſec. Laert. centeſimo aetatis anno Solon mortuus eſt, vid. Val. Max. V, 3. Lucian. Longaeu. c. 18.

Σκυθης ὁ Ινυκινος] Eſt Scytha nomen hominis proprium. Cognominabatur autem ab oppido Siciliae *Inyco*. Res eſt certiſſima ex Herodot. VI, c. 3. 4., vnde auctor haec exſcripſit fere verbotenus, ſed tamen paullum contracta. Zanclaei bello inuadebantur, dum ad aliud bellum erant profecti, a Samiis et Anaxilao Rheginorum tyranno. Implorabant ergo

Digitized by Google

ἀνέβη εἰς Ἀσίαν παρὰ βασιλέα Δαρεῖον, καὶ αὐτὸν ἐνόμισε πάντων δικαιότατον ἀνδρῶν εἶναι, ὅσοι ἐκ τῆς Ἑλλάδος παρ' αὐτὸν ἀνέβησαν. ὅτι παραιτησάμενος βασιλέα ἀφίκετο εἰς Σικελίαν, καὶ πάλιν ἐκ Σικελίας παρὰ βασιλέα ὀπίσω. τοῦτο δὲ Δημοκήδης ὁ Κροτωνιάτης οὐκ ἐποίησε, καὶ διὰ τοῦτο Δαρεῖος ὑπὲρ αὐτοῦ φλαύρως ἔλεγεν, ἀπατεῶνα λέγων, καὶ ἄνθρωπον κάκιστον. ὁ οὖν Σκύθης ἐν Πέρσαις, μέγα ὄλβιος ὢν, γήρᾳ κατέστρεψε τὸν βίον.

ergo auxilium Hippocratis, Gelae tyranni, ſed qui conſpirauit cum illorum hoſtibus, et Scythen, Zanclaeorum regem, cum fratre vinxit ac in oppidum Inycum miſit. Is vero mox inde euaſit Himeram, et porro abiit in Aſiam. Ceterum *Zancle* ea eſt vrbs, quae poſt aduentum coloniae Meſſenicae, ducibus Gorgo et Manticlo, bellis Meſſenicis cum Spartanis finitis, *Meſſene* vel *Meſſana* dicta eſt, hodie *Meſſina*, vid. Heyn. V. cel. opuſc. acad. II, p. 269. item Abb. *Barthelemy-Reiſe d. iungen Anacharſ.* IIII, p. 416.

και αυτον ενομισε] Vult Periz. aut Δαρειος poſt ενομ. reſtitui ex Herodoto, quod vocabulum facile exciderit, quia Nomina propria, inprimis ſi paullo ante iam fuerint expreſſa, vna aut altera ſoleant litera in Mſtis exprimi, aut addi ὅς. Nihil vero mutandum eſſe putat Cl. Kuhn. propter ſimilem locum Xen. anab. VII, 8, 12. Λαμψακηνοι επεμψαν ξενια Ξενοφωντι και θυων — — παρεστησατο cet. pro ὃς και θυων.

Ceterum Darius hic fuit filius Hyſtaſpis.

Δημοκηδης] Illuſtris medicus, qui, relicta patria Crotona, apud Polycratem, Sami tyrannum, magna mercede conductus agebat. Quum autem is ad Oroeten, Perſarum ſatrapam profectus et cruci adfixus eſſet, hic cum reliquis illius comitibus inter Oroetis mancipia manſit, vsque dum Darius rex factus, pede in venatione contorto, et mox etiam Atoſſa, vxor eius, ab hoc arceſſito curati eſſent. Quo facto lautiſſime donatus impetrauit tandem, vt cum Perſis quibusdam mitteretur in Graeciam, quaſi rediturus ad regem. Sed quum veniſſet Crotonam, reliquit comites ſuos, qui cum vi eum reducere vellent, tamquam regis ſeruum, male mulctati a Crotoniatis disceſſere. Fuit autem adeo celeber medicus, vt propter eum deinceps Crotoniatae primi haberentur per Graeciam medici. Vid. Herod. III, 129. ſ. Athen. XII, 4.

μεγα ολβιος ων] Videtur Scytha accepiſſe a Dario imperium et ſummam poteſtatem in

ΚΕΦ. ΙΗ'.

Περὶ Εὐθύμȣ, καὶ τȣ̃ ἐν Τεμέσῃ ἥρωος, καὶ παροιμίας.

Εὔθυμος ὁ Λοκρὸς τῶν ἐν Ἰταλίᾳ, πύκτης ἀγαθὸς ἦν, ῥώμῃ τε σώματος πεπίςευται θαυμασιώτατος γενέσθαι. λίθον γὰρ μεγέθει μέγιςον δεικνύȣσι Λοκροὶ, ὃν ἐκόμισε, καὶ ἔθηκε πρὸ τῶν θυρῶν. καὶ τὸν ἐν Τεμέσῃ ἥρωα, φόρȣς πραττόμενον παρὰ τῶν προσοίκων, ἔπαυσεν. ἀφικόμενος γὰρ εἰς τὸ ἱερὸν αὐτȣ̃, ὅπερ ἄβατον ἦν τοῖς πολλοῖς, διηγωνίσατο πρὸς αὐτὸν, καὶ ἠνάγκασεν, ὧνπερ ἐσύλησεν, ἀποτίσαι πλείω. ἐντεῦθέν τοι καὶ ἐῤῥύησεν ἡ παροιμία, ἡ λεγȣ́σα ἐπὶ τῶν ἀλυσιτελῶς τι κερδαινόντων, ὅτι αὐτοῖς ἀφίξεται ὁ ἐν Τεμέσῃ ἥρως. λέγȣσι δὲ τὸν αὐτὸν Εὔθυμον καταβάντα

Coos. Certe tempore Xerxis fuit in Sicilia apud Gelonem Cadmus, Scythae filius, qui a patre habuit *την τυραννιδα Κωων*, ſed vltro eam depoſuit et in Siciliam abiit, Herodot. VII, 164. Fuit ſine dubio huius Scythae filius, et per aetatem eſſe potuit; Gelo enim ſucceſſit Hippocrati, Xerxes Dario.

Ευθυμος] Celeber hic fuit et ſaepius victor Olympicis certaminibus, tempore Xerxis.

τον εν Τεμεσῃ ἡρ.] Vid. Strab. VI, p. 8.5. Coacti erant Temeſenſes tributum heroi conferre, et ſec. Pauſ Eliac. II, 6. ſaepe dederunt pulcerrimam virginum, quaſi in matrimonium, Donec tandem Euthymus, quum talem vidiſſet virginem, et amare coepiſſet, pugnam cum illo heroe ſubierit, eumque eo adegerit, vt loco illo cederet, ſeque in mare mergeret. Heroem autem fingunt fuiſſe vnum ex Vlyſſis ſociis apud Suidam Alybantem Pauſan. vero in Eliac. *Λυϲαντα* nominatum, et iſtic ab incolis occiſum. A quo quum illi dein infeſtarentur, iuſſi ſunt oraculo Apollinis, placare hunc daemonem ſ. heroem templo illi exſtructo. Periz. illum daemonem fuiſſe ſacerdotem putat validum.

ὧνπερ εσυλησεν, αποτισαι πλειω] Ordo: *αποτισαι πλειω των, ἁπερ εσ.*

ὁτι αυτ. αφιξ. ὁ εν Τεμεσῃ ἡρως] pro quo legendum putat Perizonius, *ὁ εν Τ. ἡρωι* i. e, euenturum ipſis (*τοις αλυσιτ. κερδαινȣσι*) quod heroi Temeſaeo euenit, dum coactus eſt plura rependere, quam etc,

Digitized by Google

βάντα ἐπὶ τὸν Καικινὸν ποταμὸν, ὅς ἐϛι πρὸ τῆς τῶν Λοκρῶν πόλεως, ἀφανισθῆναι.

ΚΕΦ. ΙΘ'.

Ἐπιτύμβιον Ἀναξαγόρȣ, καὶ βωμὸς αὐτȣ̃.

Ἐνθάδ' ὁ πλεῖϛον ἀληθείας ἐπὶ τέρμα περήσας
Οὐρανίȣ κόσμȣ, κεῖται Ἀναξαγόρας.

Ὅτι καὶ βωμὸς αὐτῷ ἵϛαται, καὶ ἐπιγέγραπται ὁ μὲν, Νȣ̃, ὁ δὲ, Ἀληθείας.

επι τον Καικινον ποτ.] Sic Lugd. et vere rectum; ſic enim et Thuc. III, 109. et Plin. hiſt. nat. III, 10. *Caecinon* adpellat. Sed Sluisk. et Med. 1. 2. Καιxιν. Ceterum quum iam ſenex periiſſet in hoc fluuio, habitus dein eſt ſec. Pauſ. eius fluuii filius, tamquam κρατlων φυσεως ανθρωπινης, plane vt Aeneas, qui et ipſe ηφανισθη in fluuio.

Ενθαδ' ὁ πλ.] Verſus hi a Lampſacenis inſcripti fuerunt tumulo Anaxagorae, vt refert Laert. ei. vit. *Hic iacet, qui maxime in orbe terrarum ad veritatis fines peruenit, Anaxagoras.*

ὁ μεν, Νȣ, ὁ δε Αλ.] Senſus, Perizonii ſententia, cui adſentiunt Geſn. et Fab., eſt, aram illi variis in locis poſitam et inſcriptam, hanc quidem, nomine *Mentis*, illam vero *Veritatis*, quibus nominibus Anaxagoras deſignatus eſt, (vid. Laert.) quia materiae, tamquam primae omnium rerum cauſae, addidit mentem (vid. Exc. *Socr.* et III, 2. not.) quae illam mouerit et ordinauerit. Kuhn. autem vult intelligi, ὁ μεν φησι Νȣ, ὁ δε φησι, Αλ. quod disprobat Perizonius. Cuper. obſ. pag. 316. vult ὅτι κ. βωμοι αυτῳ ἵϛανται.

Digitized by Google

ΑΙΛΙΑΝΟΥ ΠΟΙΚΙΛΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΒΙΒΛΙΟΝ ΕΝΝΑΤΟΝ.

ΚΕΦ. Α′.

Ὅτι Ἱέρων καὶ παιδείαν ἠγάπησε, καὶ εὐεργέτης ἦν, καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ἐν ἀγάπῃ ἐβίου.

Ἱέρωνά, φασι, τὸν Συρακούσιον φιλέλληνα γενέσθαι, καὶ τιμῆσαι παιδείαν ἀνδρειότατα· καὶ ὡς ἦν προχειρότατος εἰς τὰς εὐεργεσίας λέγουσι. προθυμότερον γάρ φασιν αὐτὸν χαρίζεσθαι, ἢ τοὺς αἰτοῦντας, λαμβάνειν.

Τον Συρακουσιον] Intelligendum hoc de regno potiſſimum, nam patria erat Gelous, aeque ac frater ipſius Gelo, vid. Herod. VII, 153. vid et ſupra IV, 15. Diodor. XI, 38. 48.

προχειροτατος] Recte opinari videtur Perizonius, hanc Hieroni famam potiſſimum conciliaſſe poetas, quos amauit et liberaliter tractauit, vid. ſup. d. l. Ceteroquin enim Diodor. XI, c. 38 ait, fuiſſe et *auarum et vinolentum, et omnino a candore et benignitate fratris alieniſſimum*. Sed etiam, quae hic de fratribus dicuntur, ea refutantur ibid. cap. 48. vbi frater Polyzelus, quia maxime a Syracuſanis amabatur, ſuſpectus ei ita fuiſſe dicitur, vt eum e medio tollere deſtinauerit, et Polyzelus ad Theronem, generum ſuum, Agrigentinorum tyrannum, confugerit, contra quem idcirco bellum parauerit Hiero. Sed tamen rediit dein Polyzelus in illius gratiam, et forſan Hiero aetate iam grandior et literis humanioribus magis excultus et emollitus (vid. ſup. d. l.) euaſit quoque mitior, ſicuti id de Auguſto iam ſere notant Romanarum rerum ſcriptores.

η τους αιτ.] ſc. προθυμους γενεσθαι. Quare poſt αιτ. poſuerim comma.

Digitized by Google

βαίνειν. ἦν δὲ καὶ τὴν ψυχὴν ἀνδρειότατος. ἀβασανίςως δὲ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς συνεβίωσε, τρισὶν ἐσι, πάνυ σφόδρα ἀγαπήτας αὐτὲς, καὶ ὑπ' αὐτῶν φιληθεὶς ἐν τῷ μέρει. τέτῳ, φασὶ, καὶ Σιμωνίδης συνεβίωσε καὶ Πίνδαρος. καὶ ἐκ ὤκνησέ γε Σιμωνίδης, βαρὺς ὢν ὑπὸ γήρως, πρὸς αὐτὸν ἀφικέϑαι. ἦν μὲν γὰρ καὶ φύσει φιλάργυρος ὁ Κεῖος. προὔτρεπε δὲ αὐτὸν καὶ πλέον ἡ τῆ Ἱέρωνος φιλοδωρία, φασίν.

ΚΕΦ. Β´.

Περὶ Ταυροσθένες νίκης.

Ὅτι ἐν Αἰγίνῃ ἐξ Ὀλυμπίας αὐθημερὸν διηγγέλη ἡ νίκη τῦ Ταυροσθένες τῷ πατρὶ αὐτῦ ὑπὸ φάσματός φασιν. ἄλλοι δέ φασι περιςερὰν τὸν Ταυροσθένην ἐπάγεσθαι, ἀπολιπῦσαν τὲς ἑαυτῆς νεοσσὲς, ὑγρὲς ἔτι καὶ ἀπτῆνας. νικήσαντα δὲ ἀφεῖναι τὴν πελειάδα, προσάψαντα πορφύραν αὐτῇ· τὴν δὲ ἐπειγομένην πρὸς τὲς νεοτlὲς, ἀπαυθημερίσαι ἐκ Πίσσης εἰς Αἴγιναν.

την ψυχην ανδ.] Deſignat praecipuam animi magnitudinem et conſtantiam, quae opponitur ſollicitis tyrannorum ſuſpicionibus in alios, quos metuunt, vt inſidiatores. Ceterum Iſ. Voſſius leg. *αβασκαντως*.

τρισιν και] Gelon, qui Hieroni in regno antecedebat, Thraſybulus, qui ſuccedebat, et Polyzelus. Ipſe Hiero regnauit vndecim fere annos, Ol. LXXV, 3 — LXXVIII, 2.

Πινδαρος] etiam Aeſchylus et Epicharmus.

φιλαργυρος] v. ſup. VIII, 2.

Φασιν] Sic certe Pauſan. Eliac. II, 9. Veteres vſi ſunt columbis vt nuntiis et tabellariis. Vid. Anacr. Od. IX, v. 15.

απαυθημερισαι] Sic vterque cod., ſic et Xenoph. anab. V, 2, 1. probante Hutchinſonio.

Πισσης] vrbs principalis in Elidis regione Piſatide, quae cum Olympia a nonnullis pro eodem loco habebatur; ſed *Olympia* erat regio amoena (vbi ludi habebantur Olympici) iuxta Piſam oppidum, ad Alpheum fluuium ſita, quae nemus et templum Iouis Olympici, in quo erat illud nobiliſſimum Iouis ſimulacrum a Phidia confectum; porro ſtadium, ſ. locum, in quo ludi Olympici habebantur, cum aliis aedificiis,

Digitized by Google

ΚΕΦ. Γ΄.

Περὶ τινων καὶ τῆς τοῦ Ἀλεξάνδρου τρυφῆς καὶ ὑπερηφανίας.

Ὅτι διέθρυπτε τοὺς ἑταίρους Ἀλέξανδρος, τρυφᾷν ἐπιχωρῶν αὐτοῖς. εἴγε καὶ Ἄγνων χρυσοῦς ἥλους ἐν ταῖς κρηπῖσιν ἐφόρει. Κλεῖτος δὲ, εἴποτε μέλλοι τισὶ χρηματίζειν, ἐπὶ πορφυρῶν βαδίζων εἱμάτων τοὺς δεομένους προσίετο. Περδίκκᾳ δὲ καὶ Κρατερῷ φιλογυμναστοῦσιν ἠκολούθουν διφθέραι σταδιαῖαι τὸ μέγεθος, ἀφ' ὧν περιλαμβάνοντες τόπον εὐμεγέθη ἐν ταῖς καταστρατοπεδείαις ἐγυμνάζοντο. εἵπετο δὲ αὐτοῖς καὶ πολλὴ κόνις δι' ὑποζυγίων, εἰς τὰ γυμνάσια λυσιτελὴς οὖσα. Λεοννάτῳ καὶ Μενελάῳ φιλοθηροῦσιν αὐλαῖαι σταδίων ἑκατὸν

is, nec non Gymnaſium domiciliaque ſacerdotum Iouis continebat.

Αγνων] Teius fuit patria, quem Plutarch. in *diſcrim. ad. et am.* cum Bagoa, Medio et aliis inter corruptores Alexandri refert, qui eum quaſi refinxerint in ſtatuam barbaricam. Vid. Plin. XXXIII, 3.

Κλειτος] ille, quem poſtea ob eius iactationem iratus et ebrius Alexander pilo perfodit, vid. Curt. VIII, 1. Ceterum *aureos clauos crepidis ſubiectos habuere* aliquando etiam milites, vid. Val. Max. IX, 1, 4.

επι πορφυρ. βαδ. ἁμ.] Solebant veteres, vt noſtrates, in pauimentis extendere lodiculas, tapetas et veſtes ſtragulas, plebeii autem tegicula (ſ. quod vſitatius, *tegeticulas*), ſeu *Φορμια*, mattas, vt nos dicimus. Sup. VIII, 7. et XII, 1. haec *ἁματα* dicuntur *ἱματια*, et, vt Athen. hac in re XII, 9. Apud Perſas haec res prius inualuit, poſtea autem ad Graecos deuenit.

διφθεραι] ſunt *pelles* et quidquid ex iis conficitur, vt tentoria, ſicut hic, et veſtes, imo et libri, vnde *διφθεραι ἱεραι* apud Plut. *de vult. i. luna.* Ceterum olim milites aliique iter facientes pelles ſecum ducebant, e quibus, ſi ſub dio commorari cogerentur, tentoria formare poſſent.

ειπετο — κονις] Fuit hic puluis ex Aegypto aduectus camelis, ut patet ex Plut. *Alex.* Puluere illo adſpergebant ſe mutuo luctantes, vid. Ouid. Met. IX, 35.

φιλοθηρωσιν] Sic vult legi Perizonius; dicitur enim *θηρεύω*, non *θηρεω*. Mſti autem *φιλοθηρευσιν*.

αυλαιαι] Dicebantur *vela* aut ſimile quid, quod expandebatur

τὸν ἠκολέθεν. Αὐτῷ δὲ Ἀλεξάνδρῳ ἡ μὲν σκηνὴ ἦν κλινῶν ἑκατόν· χρυσοῖ δὲ κίονες πεντήκοντα διειλήφεσαν αὐτὴν, καὶ τὸν ὄροφον αὐτῆς ἀνεῖχον. αὐτὸς δὲ ὁ ὄροφος διάχρυσος ἦν, καὶ ἐκπεπόνητο ποικίλμασι πολυτελέσι. καὶ πρῶτοι μὲν Πέρσαι πεντακόσιοι οἱ καλέμενοι μηλοφόροι περὶ αὐτὴν ἐντὸς εἱστήκεισαν, πορφυρᾶς καὶ μηλίνας ἠσθημένοι στολάς. ἐπ' αὐτοῖς δὲ τοξόται χίλιοι φλόγινα ἐνδεδυκότες καὶ ὑσγινοβαφῆ, πρὸ δὲ τέτων οἱ ἀργυράσπιδες πεντακόσιοι Μακεδόνες. ἐν

tur ad locum aliquem occludendum. Hinc vel maxime inualuit hoc vocabulum in ſcena. Plut. tot aulaea, quot hic, tribuit Philotae.

χρυσοι δε κιονες cet.] Plin. XXXIIII, 8. — *διειληφεσαν, per interualla poſita erant.* Doctiſſ Morus ad Iſocr. paneg. p. 11. *διαλαμβανειν*, ait, v. c. *τοπον*, eſt *occupare locum per interualla*, disponendis praeſidiis, aedificiis, arboribus; pluribusque exemplis id probat, v. c. Ariſtid. Panath. p. 65. *τροπαιοις διαλαβειν Ἑλλησποντον.* Hinc omnino, vt loco Iſocr. dicto, *diſtinguere.* — Verba *αυτης ανειχ. α. δ. ὁ ορ.* in edit. Cl. Kuhn. deſunt.

ποικιλμασι πολυτελεσι] *Ποικιλματα* hic ſunt ornamenta varii coloris ſimul et materiae. Sic porticus *Ποικιλη* Athenis. Ceterum hanc hiſtoriam reperies etiam apud Athen. XII. qui tamen ex hoc paſſim emendandus videtur, et ap. Polyaen IV, 3, 24. qui adcuratius illo deſcripſit.

μηλοφοροι] Ita dicebantur, quod geſtarent in cuſpide haſtae aureum malum; v. Athen. XII, p. 514. *ησαν δε ἑτοι (μηλοφοροι) των δορυφορων, και τῳ γενει παντες Περσαι, επι των συρακων (in cuſpidibus haſtae) μηλα χρυσα εχοντες, χιλιοι τον αριθμον, αριστινδην (propter virtutem) εκλεγομενοι εκ των μυριων Περσων, των αθανατων καλεμενων (qui immortales dicebantur).*

ηθημενοι] ab antiquo Verbo *εθεομαι*, vid. ind. graec.

ὑσγινοβαφη] *Veſtimenta colore hyſgino tincta*, qui color medius erat inter coccum et purpuram, propior tamen purpurae ſec. Plin. IX, 41 et ex coccini et purpurei mixtura factus, cui tamen quoque adiectam eſſe *ὑσγην βοτανην* opinatur Harduin. Suidas *ὑσγη, ειδος βοτανης.* Heſych. *ὑσγινον, βαμμα τι*, vid. Xen. Cyrop. VIII, 3, 13. vbi *αναξυριδες ὑσγινοβαφεις*; *braccae eo colore tinctae*, ibi vid. Zeun.

πεντακοσιοι Μακεδ.] pro vulg. *ἑκατον*, quod habet Sluisk. repoſuit Perizonius; ſic et Athen. et Polyaen. et Mſti Lugd. ac Pariſ. B. et C. et facilis erat in numeris lapſus, ex Φ 500, in Ρ 100.

ἐν μέσῃ δὲ τῇ σκηνῇ χρυσοῦς ἐτίθετο δίφρος, καὶ ἐπ' αὐτῷ καθήμενος Ἀλέξανδρος ἐχρημάτιζε, περιεςώτων αὐτῷ πάντοθεν τῶν σωματοφυλάκων. περιῄει δὲ τὴν σκηνὴν περίβολος, ἔνθα ἦσαν Μακεδόνες χίλιοι, καὶ Πέρσαι μύριοι. καὶ οὐδεὶς ἐτόλμα ῥᾳδίως προσελθεῖν αὐτῷ. πολὺ γὰρ ἦν τὸ ἐξ αὐτοῦ δέος, ἀρθέντος ὑπὸ φρονήματος καὶ τύχης εἰς τυραννίδα.

ΚΕΦ. Δ'.

Περὶ Πολυκράτους σπουδῆς περὶ τὸν Ἀνακρέοντα, καὶ ζηλοτυπίας.

Πολυκράτης ὁ Σάμιος ἐν Μούσαις ἦν, καὶ Ἀνακρέοντα ἐτίμα τὸν Τήϊον, καὶ διὰ σπουδῆς ἦγε, καὶ ἔχαιρεν αὐτῷ, καὶ τοῖς ἐκείνου μέλεσιν· οὐκ ἐπαινῶ δὲ αὐτοῦ τὴν τρυφήν. Ἀνακρέων ἐπῄνεσε Σμερδίην θερμότερον, τὰ παιδικὰ Πολυκράτους. εἶτα ἥσθη τὸ μειράκιον τῷ ἐπαίνῳ, καὶ τὸν Ἀνακρέοντα ἠσπάζετο σεμνῶς, εὖ μάλα ἐρῶν-

παντοθεν] Lugd. et Athen. πανταχοθε.

περιηει] Addidit Polyaen. elephantos et quingentos Suſi-os purpuratos.

Πολυκρατης] Celeber ille Sami tyrannus, amator fuit literarum et Muſarum, vnde et ab Athen. I init. primus dicitur eorum, qui celebrati ſunt ob collectionem librorum. Anacreonte familiariter vſus eſt; vid. infr. XII, 25. et Strab. XIV. *omnem*, ait, *ideo Anacreontis poeſin plenam eſſe Polycratis mentione*, ex quo liquet, quam pauca illius ad nos peruenerint, vid. et ſupr. ad VIII, 2.

εν Μουσαις ην] *literas colebat, poeſi delectabatur*, ſic Eurip. Hippol. 452. αυτοι τ' εισιν εν Μουσαις αει; vid. et infr. XII, 2. ὁ εν Μουσαις βιος, *vita literatorum*.

τρυφην] h. l. non de luxuria aut mollitie, ſed, vt infra XIV, 30 in. et ſupr. III, 12. de faſtu et arrogantia intelligendum.

ησπαζετο σεμνως, ευ μαλα ερ.] Malit Perizonius comma ponere poſt ευ μαλα. Similiter III, 41 med. επονουντο — ευ μαλα φιλοτιμως. Vir doct. miſc. Obſ. III, id non reiiciens, etiam ita diſtingui poſſe putat, ησπαζετο, σ. ε. μ. ερ. ac bene

ἐρῶντα τῆς ψυχῆς, ἀλλ' οὐ τοῦ σώματος. μὴ γάρ τις ἡμῖν διαβαλλέτω πρὸς θεῶν τὸν ποιητὴν τὸν Τήϊον, μηδ' ἀκόλαστον εἶναι λεγέτω. ἐζηλοτύπησε δὲ Πολυκράτης, ὅτι τὸν Σμερδίην ἐτίμησε, καὶ ἑώρα τὸν ποιητὴν ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀντιφιλούμενον. καὶ ἀπέκειρε τὸν παῖδα ὁ Πολυκράτης, ἐκεῖνον μὲν αἰσχύνων, οἰόμενος δὲ λυπεῖν Ἀνακρέοντα. ὁ δὲ οὐ προσεποιήσατο αἰτιᾶσθαι τὸν Πολυκράτην, σωφρόνως καὶ ἐγκρατῶς· μετήγαγε δὲ τὸ ἔγκλημα ἐπὶ τὸ μειράκιον, ἐν οἷς ἐπεκάλει τόλμαν αὐτῷ καὶ ἀμαθίαν, ὁπλισαμένῳ κατὰ τῶν ἑαυτοῦ τριχῶν. τὸ δὲ ᾆσμα τὸ ἐπὶ τῷ πάθει τῆς κόμης Ἀνακρέων ᾀσάτω. ἐμοῦ γὰρ αὐτὸς ἄμεινον ᾄσεται.

ΚΕΦ. Ε'.

Περὶ Ἱέρωνος καὶ Θεμιστοκλέους.

Θεμιστοκλῆς Ἱέρωνα ἥκοντα εἰς Ὀλύμπια, Ὀλυμπίων ἀγομένων, ἵππους ἄγοντα, εἶρξε τῆς ἀγωνίας, εἰπὼν, τὸν

bene monet, Perizonium in eo, quod *ἀσπαζεσθαι* h. l. *ſalutare* verteret, lapſum eſſe, quare Cl. Kuhn. rectius vertit *amore et beneuolentia proſequi*, vt Xen. Cyrop. V, 4, 1.

απεκειρε τον παιδα] Pueri apud veteres erant plane capillati. Cauſa erat, quod coma ad ornatum capitis referebatur et caluities habebatur deformis, vid. infr. XI, 4. Sed et inde ortum, vt in luctu comam, in qua erat ornatus, ſibi praeciderent, de quo vid. ad VII, 8 med. Imo vero etiam ſupplices id faciebant, vt miſericordiam aliorum ſibi ſic conciliarent. Pueri vero, vbi ad virilem aetatem perueniſſent, tondebantur, niſi qui eſſent molles et delicati. Nam viris etiam apud Graecos turpe habebatur, puerilem in modum *κομαν*.

εκεινον μεν αισχυνων] *eo conſilio, vt eum deformaret.*

εν οἱς επεκαλει] ſcil. *εν τουτοις λογοις*, quod ſubintell. in ſuperioribus; ſic ſupr. VII, c. 20. *διαβαλλει τε Κειου τον τροπον, εξ ὡν ἑωρατο*, pro *εκ τουτων, εν οἱς ἑωρ.* ſed plenius III, c. 47. *ὑπερ δε ὡν — ὑπερ τουτων* etc.

Εἰς Ὀλυμπια] forſan, Kuhnii et Perizonii ſententia, *εις Ὀλυμπιαν* legendum, vt IV, 9. et XIV, 18. Cuper. obſ. p. 321. verba *Ὀλυμπιων αγ.* eiicienda putat, vt nil ad ſenſum faci-

Digitized by Google

τὸν μὴ μεταλαβόντα τῦ μεγίςȣ τῶν κινδύνων, τῶν πανηγύρεων μεταλαμβάνειν μὴ δεῖν. καὶ ἐπῃνέθη Θεμιςοκλῆς.

ΚΕΦ. Ϛ.

Περὶ Περικλέȣς καὶ υἱῶν αὐτῦ λοιμῷ ἀποθανόντων.

Ὅτι Περικλῆς, ἐν τῷ λοιμῷ τȣ̀ς παῖδας ἀποβαλὼν, ἀνδρειότατα τὸν θάνατον αὐτῶν ἤνεγκε, καὶ πάντας Ἀθηναίȣς εὐθυμότερον ἔπεισε τȣ̀ς τῶν φιλτάτων θανάτȣς φέρειν.

ΚΕΦ. Ζ.

Περὶ Σωκράτȣς ἐν πᾶσιν εὐθυμίας.

Ἔλεγεν ἡ Ξανθίππη, ὡς μυρίων μεταβολῶν τὴν πόλιν κατασχȣσῶν, ἐν πάσαις ὅμοιον ἦν τὸ Σωκράτȣς πρόσωπον, καὶ προϊόντος ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ ἐπανιόντος,

ſacientia, indignumque Aeliano credit, ἀγομ. αγ. αγων. in eadem linea.

μη μεταλαβοντα] Graeci, quum Xerxes eos inuadere vellet, miſerunt legatos ad Gelonem, Syracuſanum regem, Hieronis fratrem, vt ſuppetias ſibi ferret. Is vero negauit eas, niſi ſe imperatorem copiarum conſtituerent, quod Graeci facere renuebant, vid. Herodot. VII. Videtur tamen, vt putat Kuhn. largitionibus aditum ſibi feciſſe ad certandum. Vicit enim Olymp. LXXIII. κελητι v. Pind. Olymp. od. I.

Εν τῳ λοιμῳ] Refert hanc peſtilentiam pluribus Thucyd. II, c. 47. De conſtantia autem Periclis vid Val. Max. V, 10. Amiſerat enim octo dierum ſpatio duos, quos ſolos habebat ex legitima vxore, filios Xanthippum et Paralum.

Ὁμοιον ην το Σωκρ. προσ. — αει θ.] *ſemper idem ſ. ſui ſimilis potuit conſpici vultus Socratis.* Vid. Cic. Offic. I, 26 init. Plat. ſymp. cap. 36. § 6. Kuhn. pro ὁμ. ην vult ὂν i. e. ειναι. Scheff. delendum αει θεωϑαι vt gloſſa ſuperioris ὁμ. ην προσ. Faber leg. αει το αυτο θ. Sed nihil, vt bene ſentit

τος, ἀεὶ θεᾶσθαι. ἥρμοστο γὰρ πρὸς πάντα ἐπιεικῶς, καὶ ἦν ἵλεως ἀεὶ τὴν διάνοιαν, καὶ λύπης ὑπεράνω πάσης, καὶ φόβου κρείττων παντὸς ὤν.

ΚΕΦ. Η'.

Ὅτι ἀκόλαστος περὶ γυναῖκας ὁ Διονύσιος.

Ὁ νέος Διονύσιος εἰς τὴν Λοκρῶν πόλιν παριὼν (ἐπεί γε ἡ Δωρὶς ἡ μήτηρ αὐτοῦ Λοκρὶς ἦν) τοὺς οἴκους τῶν μεγίστων τῶν ἐν τῇ πόλει καταλαμβάνων, ῥόδοις, καὶ ἑρπύλλοις, καὶ ἄλλοις ἄνθεσι καταστρωννύς, τὰς τῶν Λοκρῶν θυγατέρας μετεπέμπετο, καὶ συνῆν αὐταῖς ἀκολαστότατος. ὑπὲρ δὴ τούτου ἔτισε δίκην. ἐπειδὴ γὰρ αὐτοῦ ἡ τυραννὶς κατελύθη ὑπὸ Δίωνος, ἐνταῦθα οἱ Λοκροὶ τὴν γυναῖκα τοῦ Διονυσίου καὶ τὰς θυγατέρας κατεπόρνευσαν, καὶ ἀνέδην αὐταῖς ἐνύβριζον πάντες, μάλιστα οἱ προσήκοντες ταῖς παρθένοις ταῖς ὑπὸ Διονυσίου διεφθαρμέναις. ἡνίκα δὲ διακορεῖς ἐγένοντο ὑβρίζοντες, κεντοῦντες αὐτὰς ὑπὸ τοῖς ὄνυξι τοῖς τῶν χειρῶν βελόναις ἀπέκτειναν. τὰ δὲ ὀστᾶ κατέκοψαν ἐν ὅλμοις, καὶ τὰ κρέα τῶν ὀστῶν ἀφελόντες ἐπηράσαντο

τοῖς

ſentit Perizonius, eſt mutandum. Vid. idem ex Dionyſ. Halic. in Stob. ſerm. 254.

ἥρμοστο] *compoſitus erat ad omnia aequabiliter*. Vid. Laert. in *Socr*.

Τους οικους των μεγ. των] *domos potentiſſimorum ciuium*. Athen. XI. vnde haec res ſumta, ſcripſit οικον των εν τη πολει τον μεγιστον, maximam in ciuitate domum, et fortaſſe ſic Noſtrum voluiſſe exprimere putat Perizonius.

και ἑρπυλλοις] Schreber ad Theocr. epigr. I, v. 2. *ſerpyllum veterum*, ex quo fiebant coronae, aliud videtur fuiſſe, ac noſtrum Germ. *Quendel*.

επειδη γαρ αυτου cet.] Falſa haec ſunt, neque, vt reliqua, ex Athenaeo ſumta, emendata vero reperies ſup. ad VI, 12. extr. Deeſt poſt αυτου Articulus ἡ in edit. Cl. Kuhn. inn.

ανεδην] Sic omnes Mſti et edd.; at poſterior Scheff. ed. per incuriam admiſit αναιδην, quod et Io. Kuhn. retinuit, ſed vitioſum putauit. De ανεδην vid. ſupr. ad I, 4.

Digitized by Google

τοῖς μὴ γευσαμένοις αὐτῶν· εἰ δὲ τι περιελείφθη ἐξ αὐτῶν, κατεπόντωσαν. ὁ δὲ ἐν Κορίνθῳ πολλαῖς καὶ ποικίλαις χρησάμενος βίου μεταβολαῖς, διὰ τὴν ὑπερβάλλουσαν ἀπορίαν, τελευταῖον δὲ μητραγυρτῶν, καὶ κρούων τύμπανα, καὶ καταυλούμενος δὲ, τὸν βίον κατέστρεψεν.

ΚΕΦ.

ὁ δὲ] i. e. Dionyſius, ſe contulit enim Corinthum, vbi miſerrime degebat. Vnde etiam ortum eſt prouerbium: *Dionyſius Corinthi.*

μητραγυρτῶν] *ſacerdotem matris deum agens, et ſtipem cogens*, vel iis ſe iungens, ac ſuam addicens operam. Nempe ſimulabant, ac ſi ſtipem cogerent ipſi deae. Erant autem viles illi et contemti homines, *Galli* dicti, et licet Romani ſolenniter receperint ſacra Cybeles et eius feſtum, Megaleſia, ludis et pompis maxime celebrarint, tamen nemo Romanus ſuſtinebat eſſe eius agyrtes aut ſacerdos. Vid. Ruhnk. ad Tim. p. 9. Ceterum Iuſtin. XI, 5. et eum eo Cic., Ammian. Marcell., et Val. Max. ludimagiſtrum Dionyſium factum eſſe, puerosque in triuio docuiſſe ſcribunt. Cum Noſtro tamen ſentiunt Athen. et Euſtath. Vid. et Plut. *Timol.*

τύμπανα] Propria erant hisce ſacris et percutiebantur manibus vel digitis; vid. Suet. Aug. c. 68. et Ouid. Faſt. IV, 340. Sed virgulis etiam percuſſa leguntur. Erat autem tympanum pellis vel corium ligno ex vna parte extenſum. Ligni vero, quod Iſidor. etym. II, 21. dicit ſymphoniam, forma erat rotunda et concaua, vt ſpeciem clypei vel patinae exhiberet. Nempe quia Curetes olim, vt fallerent Saturnum et ſeruarent Iouem recens natum, manibus ſuis clypeos aut inanes galeas contundebant, hinc in ſacris Cybeles, vt ait Ouid. d. l. 212. *Cymbala pro galeis, pro ſcutis tympana pulſant*, et Metam. III, 537. Percuſſa ſonitum edebant raucum, atque ideo tintinnabula quaedam ex caua illorum parte aliquando ſuspendebantur, vt temperarent ac variarent iſtam raucedinem ſonitus. Inprimis autem tibiae accinebant tympanis, quibus idcirco fere vbique, maxime in his Cybeles ſacris, iunctae reperiuntur, Virg Aen. IX, 618. Lucian. *de dea Syria*. Erant autem hominum mollium, imo feminarum, inſtrumenta laetitiae, et potiſſimum in Oriente; quod conſtat ex ſacris literis, v. c. Iudic. 11, 34. 1. Sam. 18, 6. 2 Sam. 6, 5. Ex Oriente enim venerunt ad Graecos et Romanos, v. Iuuen. Sat. III, 64. Apud Romanos tamen tribuuntur potiſſimum mulieribus Bacchantibus, vid. Ouid. Met. IV, 392. Faſt. IV, 212. 339. Viris vitio vertebantur, v. c. Plaut. Trucul. II, 7, 49.

Sed

ΚΕΦ. Θ'.

Ὅτι καὶ Δημήτριος ἀκόλαστος.

Δημήτριος ὁ πολιορκητὴς ᾕρει τὰς πόλεις, καὶ τῇ ἑαυτοῦ τρυφῇ καταχρώμενος, χίλια μὲν καὶ διακόσια τάλαντα πρόσοδον ἑαυτῷ περιεποιήσατο καθ' ἕκαστον ἔτος, καὶ ἐκ τούτων ὀλίγα μὲν ἐς τὸ στρατόπεδον ἐδαπάνα, τὰ δὲ λοιπὰ εἰς τὴν ἀκολασίαν τὴν ἑαυτοῦ. μύροις τε ἐρραίνετο καὶ αὐτὸ τὸ δάπεδον, καὶ καθ' ἑκάστην ἔτους ὥραν τὰ ἐνακμάζοντα τῶν ἀνθῶν ταῦτα ὑπεστρέετο αὐτῷ, ἵνα κατ' αὐτῶν βαδίζῃ. ἦν δὲ καὶ πρὸς γυναῖκας ἀκόλαστος, καὶ νεανικοῖς ἔρωσιν ἐπεχείρει. ἔμελε δὲ αὐτῷ καὶ καλῷ εἶναι εὐθετίζοντι τὴν τρίχα, καὶ

Sed etiam in proelio tympano, loco tubae, ſigna dari ſolebant in Oriente, v. c. a Parthis, Iuſtin. XLI, 2. Graeci autem ea opponebant bellicis inſtrumentis, Ouid. Met. III, 534.

και κατηυλημενος δε] Paſſiue id Io. Kuhn. accipit *tibiis audiendis feſſus*, vel *tibiae cantu saepe ad ſatietatem perfuſus*; quia, ait, metragyrtae tibia accinente ſtipem cogebant; ergo ſenſus ſimpliciter hic eſt, *qui illa faciebat ad tibias, cui tibia accinebatur*; ſic αυλεισθαι paſſive ſupra III, 14 med. It. Xen. anab. VI. init. ſaltantes modo προς τον αυλον, modo αυλουμενοι. V. cl. Meinecke δε poſt κατηυλ. delendum putat, abeſt enim in cod. Med. 3. Sed cur reiiciat και ante κατηυλ., cauſam non eſſe Cl. Kuhn. recte arbitratur; quum οἱ κροτουντες τυμπ. et οἱ κατηυλ. diſtinguantur.

Δημητρ. ὁ πολ.] Habet et hoc caput Aelianus ex Athen. XII, 11., ſed ita, vt, quem ille ex Daride, ſcriptore antiquo, Demetrium *Phalereum*, Noſter Demetrium *Poliorceten*, errore dicat, Io. Kuhn. auctorem putat de vtroque Demetrio locutum, ſed aliqua poſt ᾑρει τας πολεις excidiſſe, et, neglecta lacuna, omnia in vnum contracta eſſe. Negat autem Periz. lacunam, et auctorem ex aduerſariis ſuis, vt ſupra VIII, 17. quaedam hauſiſſe putat, non inſpectis auctorum locis, vnde ea excerpſerat, addidiſſe etiam nomen Poliorcetae, ſicuti verba ᾑρει τ. π. quae ap. Athen. non occurrunt, ſed iam ſupr. III, 16. a Noſtro ſunt adhibita.

και αυτο το δαπ.] Sic cod. Sluisk., conſentientibus Scheff., Periz., Cl. Kuhn. et Gronou., pro vulg. αυτῳ.

ταυτα] Vid. ad I, 30 med. μαρακιον.

καὶ ξανθιζομένῳ, καὶ ὑπαλειφομένῳ τὸ πρόσωπον παιδέρωτι. καὶ τοῖς ἄλλοις δὲ ἐχρῆτο ἀλείμμασι προσφιλοτιμούμενος τῇ ῥαθυμίᾳ.

ΚΕΦ. Ι'.

Περὶ Πλάτωνος βίου ὀλιγωρίας.

Ὁ Πλάτων, νοσεροῦ χωρίου λεγομένου εἶναι τῆς Ἀκαδημίας, καὶ συμβουλευόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον μετοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν, εἰπών· ἀλλ' ἔγωγε οὐκ ἂν οὐδὲ εἰς τὰ ἄκρα τὰ τοῦ Ἄθω μετῴκησα ἂν ὑπὲρ τοῦ μακροβιώτατος γενέσθαι.

ΚΕΦ. ΙΑ'.

Περὶ Παῤῥασίου τοῦ ζωγράφου.

Παῤῥάσιος ὁ ζωγράφος, ὅτι μὲν πορφυρίδα ἐφόρει, καὶ

ξανθιζομενῳ] Color flauus, vel rutilus; nam idem eſt color *ξανθος* et *πυῤῥος* (vid. Heſych. et Lucan. Pharſal. X.) in crinibus apud veteres erat commendatiſſimus, vnde et heroibus Homerus tribuit *κομην ξανθην*, et Noſter Alexandro M. XII, 14. Sed et hinc artibus ac medicamentis flauos ſibi reddebant capillos.

παιδερωτι] Videtur pigmentum fuiſſe ex puluere gemmae paederotis confectum, quo facies nimis alba et pallida reddebatur purpurea aut roſea. Hinc iam veſtes *paederotinae* apud Vopiſc. *Aurel.* et Bach. ad Xen. Oec. 10, 2. Plin. hiſt. nat. XXII, 20.

προσφιλοτιμουμενος τῃ ῥαθ.] *ſtudioſe indulgens luxuriae.* De *Φιλοτιμεισθαι* vid. ſupr. ad III, 1 med. *ῥαθυμιᾳ* hic notatur proprie vitium animi dediti rebus nihili. Hinc et pro *luxuria* ponitur, vt infra XII, 20.

Της Ακαδημιας] De Academia vid. II, 18. et not. et III, 19. et not.

τα του Αθω] Traditum eſt a veteribus, vt docent Scheff. et Kuhn., homines in monte Atho habitantes longe diutius vixiſſe, quam alios. De *Atho* monte vid. ad I, 15.

Παῤῥασιος] Pictor hic fuit illuſtris, patria Epheſius, aequalis et aemulus Zeuxidis (v. Plin. XXXV, 9.) cum quo et in certamen deſcendit. Vixit

ergo

Digitized by Google

καὶ χρυσοῦν στέφανον περιέκειτο, μαρτυροῦσι καὶ ἄλλοι, καὶ τὰ ἐπιγράμματα δὲ ἐπὶ πολλῶν εἰκόνων αὐτοῦ. ἠγωνίσατο δέ ποτε ἐν Σάμῳ, συνέτυχε δὲ ἀντιπάλῳ οὐ κατὰ πολὺ ἐνδεεστέρῳ αὐτοῦ, εἶτα ἡττήθη. τὸ δὲ ἐπίγραμμα ἦν αὐτῷ· ὁ Αἴας ὑπὲρ τῶν ὅπλων τῶν Ἀχιλλέως ἀγωνισάμενος πρὸς τὸν Ὀδυσσέα. ἡττηθεὶς δὲ, εὖ μάλα ἀξίως ἀπεκρίνατο πρὸς τὸν συναχθόμενον αὐτῷ τῶν ἑταίρων ὁ Παῤῥάσιος. ἔφη γὰρ αὐτὸς μὲν ὑπὲρ τῆς ἥττης ὀλίγον φροντίζειν· συνάχθεσθαι δὲ τῷ παιδὶ τοῦ Τελαμῶνος, δεύτερον τοῦτο ὑπὲρ τῶν αὐτῶν ἡττηθέντι. κατεῖχε δὲ καὶ σκίπωνα χρυσᾶς ἕλικας ἔχοντα περιερπούσας, χρυσοῖς τε ἀνασπάστοις ἐπέσφιγ-

 γε

ergo tempore Archelai Macedonis et Socratis, quorum aequalis fuit *Zeuxis*. Exercuit autem artem ſuam potiſſimum Athenis, vnde et a quibusdam Athenienſis pictor dicitur.

τα επιγραμματα] Exhibet ea Athen. XII, 11. inſcripſit autem Parrhaſius: *Ἁβροδίαιτος ανηρ, αρετην δε σεβων τάδ' εγραψε* Παρρασιος, *liberalis vitae vir, virtutemque colens, Parrhaſius haec pinxit.*

αντιπαλῳ] Aduerſarius hic eſt *Timanthes*, quem multis etiam Plinius laudat, atque alii. Qui non Parrhaſium modo vicit, ſed et Colotem Teiuni celebri illa tabula Iphigeniae, qua Agamemnonis caput inuoluit, quia magnitudinem doloris exprimere non poterat, vid. Quinct. inſtit. II, 13.

επιγραμμα ην] Επιγραμμα hic notat illud ipſum, quod pingitur in tabula; ſic *επιγραφευς* Heſych. expl. per *ζωγραφος*.

τῳ παιδι τȣ Τελαμ.] i. e. Aiaci.

δευτερον τȣτο] vid. ſupr. ad cap. 9. not. *ταυτα*.

χρυσας ελικας] Ελικες, quia dicuntur *περιερπειν σκιπωνα*, accipiendae ſunt de ornamentis quibusdam aureis, quae *ſcipionem ambiunt* et quaſi adprehendere videntur, vndiquaque ſurſum verſus erependo, ſicuti capreoli vitium vndique arripiunt arbores ſ. fulcra, quibus eriguntur vites, vel ſuſtentantur. Similiter notantur hac voce etiam filamenta, quae vndique exſurgentia ambiunt quosdam fructus; et proprie *ελιξ* eſt hedera maior ſterilis ab *ἑδερα* (gr. *κισσος*) non ſpecie, ſed aetate tantum iuuenili diuerſa, vid. Cel. Schreber. ad Theocrit. Id. I, v. 30. edit. Harl.

χρυσοις τε ανασπαστοις cet.] *Fibulae* quidem in calceis adhibitae ſunt, ſed hic Perizonius malit intelligere *corrigias, vincula*, quae immittebantur in

Digitized by Google

γε τοὺς ἀναγωγέας τῶν βλαυτῶν. Φασὶ δὲ αὐτὸν μηδὲ ἄκοντα, μηδὲ ἐπιπόνως τὰ ἐν τῇ τέχνῃ χειρουργεῖν, πάνυ δὲ εὐθύμως καὶ ῥᾳδίως. καὶ γὰρ καὶ ᾖδεν, καὶ ὑποκινυρόμενος τὸν κάματον τὸν ἐκ τῆς ἐπιστήμης ἐπειρᾶτο ἐπελαφρύνειν. λέγει δὲ ταῦτα Θεόφραστος.

ΚΕΦ. ΙΒʹ.

Περὶ Ἐπικουρείων ἐξωσθέντων ὑπὸ Ῥωμαίων καὶ Μεσσηνίων.

Ὅτι Ῥωμαῖοι Ἀλκαῖον καὶ Φιλίσκον τοὺς Ἐπικουρείους ἐξέβαλον τῆς πόλεως, ὅτι πολλῶν καὶ ἀτόπων ἡδονῶν εἰσηγηταὶ τοῖς νέοις ἐγένοντο. καὶ Μεσσήνιοι δὲ ἐξέωσαν τοὺς Ἐπικουρείους.

ΚΕΦ.

in anſulas et dein *retrotrahebantur*, (ab *ανασπαω*). Sic paſſim *ανασπαστοι* dicuntur homines, qui ſuis ſedibus, quas occupauerant, rurſus ſunt eiecti. Illa autem vincula opulenti et luxurioſi habebant ſaepe, non tota quidem aurea, ſed auro fulgentia et ex aureis filis confecta; ſic Petron. pag. 71. edit. Gonſal. *pedum candor intra auri gracile vinculum poſitus*. *Αναγωγεας* autem vocat auctor *anſulas* crepidarum, quae per vincula iſthaec ſurſum ducuntur vel trahuntur. Nempe *anſulae* hae ſoleis ſeu crepidis erant vtrimque adnexae et per illa vincula, quae per eas et ſupra pedem circumque talos ducebantur, ita ſurſum tractae, vt crepidae ipſae plantis pedum adhaererent. Ceterum fibula, quae erat lamina oblonga in cuſpidem altera parte exiens, tamquam obex ad magis attrahendas anſulas et vincula, in dorſo pedis a ſummo pede vsque ad digitos per corrigias transiiciebatur. Tales crepidas *Valachi* in Morauia, et *Uſkochi* Carniae, Auſtriacae regionis, populus, aliique adhuc gerere reperiuntur, quas *Opanken* dicunt.

Ῥωμαιοι] Ex Athen. XII. hauſtum. Iſthic vero dicuntur Romani eieciſſe ex vrbe Epicureos conſ. L. Poſtumio et ex SCto quidem, ſecundum Suidam, quod anno V. C. 580. factum videtur, quando conſules fuere L. Poſtumius et M. Popilius Laenas biennio ante bellum cum Perſeo, vltimo Macedonum rege, vid. Gell. XV, 11.

ἡδονων] De Epicuro vid. plura in Excurſ. *Epic.* et II, 31. vnde ſatis adparet, Epicuri ſententiam de *voluptate* reip. pernicioſam eſſe potuiſſe.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΙΓ'.

Περὶ Διονυσίου ἀδδηφαγίας καὶ παχύτητος.

Διονύσιον τὸν Ἡρακλεώτην, Κλεάρχου τοῦ τυράννου υἱὸν, ἀκούω ἐκ τῆς καθ' ἡμέραν ἀδδηφαγίας καὶ τρυφῆς λαθεῖν αὐτὸν ὑπερσαρκήσαντα καὶ καταπιανθέντα. τὰ ἐπίχειρα οὖν τοῦ κατὰ τὸ σῶμα μεγέθους, καὶ τοῦ περὶ τὰς σάρκας ὄγκου, ἐκαρπώσατο δύσπνοιαν. φάρμακον οὖν αὐτῷ τοῦδε τοῦ πάθους συνέταξαν οἱ ἰατροί, φασι, βελόνας λεπτὰς κατασκευάσαι μηκίστας, εἶτα ταύτας διὰ τῶν πλευρῶν καὶ τῆς κοιλίας διωθεῖν, ὅταν εἰς ὕπνον τύχῃ βαθύτερον ἐμπεσών. ἦν δὲ ἄρα τοῦτο ἐπιμελὲς ἑτέροις δρᾶν, ἐς ὃ ἂν ὅλη διὰ τῆς πεπωρωμένης καὶ τρόπον τινὰ ἀλλοτρίας αὐτοῦ σαρκὸς διέπειρεν ἡ βελόνη, ἀλλ' ἐκεῖνός γε ἔκειτο λίθου διαφέρων οὐδέν. εἰ δὲ ἀφίκετο τὸ βέλος, ἔνθα λοιπὸν ἦν αὐτῷ τὸ σῶμα ἐρ-

ρωμέ-

Διονυσιον] Vixit hic temporibus Alexandri et eius ſucceſſorum, filius Clearchi, qui Heracleam hanc Ponticam tyrannide primus tenuit oppreſſam tempore Artaxerxis Mnemonis et Ochi, cum a ſenatoribus contra ſeditioſam plebem eſſet ab exilio reuocatus, vid. Iuſtin. XVI, 4. et 5. ſecundum Memnonem apud Photium; fuit etiam auditor Platonis et Iſocratis, ac primus bibliothecam conſtituit. Filii eius, Timotheus, natu maior, et hic Dionyſius optimi fuere tyranni et mitiſſimi in ciues, adeo, vt ille *ευεργετης και σωτηρ*, hic *χρηστος* cognominaretur, quum contra patri crudelitas apud Athen. III, 8. attribuatur. Sed et Dionyſius tandem regis nomen pro eo tyranni ſumſit, et poſt Alex. mortem, quum ab omnibus inimicis atque ita ab omni cura fuiſſet liberatus, immodicam pinguedinem ſibi contraxit.

τα επιχειρα cet.] *difficilem reſpirationem tulit tamquam praemium* ſ. *poenam magnitudinis corporis.*

επιμελες ἑτεροις δρᾳν] Pro *ἑτεροις* Abr. Gronou. velit *εκεινοις* e Med. 3. reſtitui; V. cl. Kuhn. *ἑταιροις*, quoniam probabile ſit, Dionyſium tantum amicis id officium dediſſe, et quoniam frequens ſit permutatio *τα ε* et *αι*. Equidem haud ſcio, an aut Gronouii coniectura huic ſit praeferenda, aut omnino vulgata cum Kuhn. et Periz. retinenda.

ξωμένον, καὶ ἴδιον, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς ἄγαν πιμελῆς ἀλλότριον, τηνικαῦτα καὶ ἐκεῖνος ᾐσθάνετο, καὶ ἠγείρετο ἐκ τοῦ ὕπνου. τοὺς δὲ χρηματισμοὺς ἐποιεῖτο τοῖς βουλομένοις αὐτῷ προσιέναι, κιβωτὸν τοῦ σώματος προβαλλόμενος. οἱ δὲ οὐδὲ κιβωτόν φασιν, ἀλλὰ πυργίσκον, ἵνα τὰ μὲν λοιπὰ μέρη αὐτοῦ ἀποκρύπτοιτο, τὸ δὲ πρόσωπον μόνον ὑπερέχων διαλέγηται. πονηρὰν, ὦ θεοὶ, ταύτην ἐκεῖνος τὴν στολὴν ἀμπεχόμενος, καὶ θηρίου φρουρὰν μᾶλλον, ἢ ἀνθρώπου ἐσθῆτα.

ΚΕΦ. ΙΔ'.

Περὶ Φιλήτα σώματος λεπτότητος.

Φιλήταν λέγουσι τὸν Κῷον λεπτότατον γενέσθαι τὸ σῶμα. ἐπεὶ τοίνυν ἀνατραπῆναι ῥάδιος ἦν ἐκ πάσης προφά-

κιβωτον του σωματος προβαλλομενος] *arcam*, quae erat humilior, quam *πυργισκος*, *turricula*, quae totum abscondebat corpus praeter caput. In huiusmodi *κιβωτον* noctu, vt ſomnum in eo vndique clauſo tanto tutius caperet, Clearchus, pater huius Dionyſii, tamquam ſerpens irrepſiſſe dicitur apud Plut. Ceterum Perizonius vult, non poſuiſſe turriculam Dionyſium ante corpus, vt illam arcam, ſed in ea ſediſſe aut ſtetiſſe. Quod libentiſſime conceſſerim, quamquam, ſi rem perpenderis, etiam in illa arca vel ſediſſe, vel ſtetiſſe Dionyſium putaueris, et tunc illa elliptica *αλλα πυργισκον* ex ſuperioribus *του σωματος προβαλλομενος* ſuppleri poſſent.

οἱ δε ουδε κιβ.] Lugd. *οἱ δε ου κιβ.* forſan rectius.

ὑπερεχων] Sic volunt Scheff., Io. Kuhn. et Periz., etſi Mſti liquido *ὑπερεχον*.

Φιληταν] Celeber fuit poeta, non *hexametrorum* tantum, (v. infr. X, 6. et not.) ſed et *elegiarum ac epigrammatum*, teſte Suida. Vid. Athen. XII, 13. Egit autem vel maxime de amoribus, vnde ſaepius laudatur a Propertio III, 1. 1. et Ouidio. Vixit temporibus Philippi, Alexandri, imo et Ptolemaei, cuius filii ſtudiis praefuit. Fuit autem non tenui tantum corpore, ſed et morbis infeſto; imo mortem ex eo dicitur obiiſſe, quod nimis ſtudioſe quaereret ſoluere ſyllogiſmum, qui a dialecticis *ψευδομενος* dicitur, (vid. Cic. Tuſc. II,) ſeu ſermonem, cui quidquid reſpondeas, falſum reperietur. Nomen habuit a mentiente

προφάσεως, μολίβδου (φασὶ) πεποιημένα εἶχεν ἐν τοῖς ὑποδήμασι πέλματα, ἵνα μὴ ἀνατρέπηται ὑπὸ τῶν ἀνέμων, εἴ ποτε σκληροὶ κατέπνεον. εἰ δὲ ἦν οὕτως ἀδύνατος, ὥστε μὴ ἀντέχειν πνεύματι, πῶς οἷός τε ἦν τοσοῦτον φορτίον ἐπάγεσθαι; ἐμὲ μὲν οὖν τὸ λεχθὲν οὐ πείθει· ὃ δὲ ἔγνων ὑπὲρ τοῦ ἀνδρὸς, τοῦτο εἶπον.

ΚΕΦ. ΙΕ'.

Περὶ Ὁμήρου.

Ὅτι ποιητικῆς ἁπάσης Ἀργεῖοι τὰ πρῶτα Ὁμήρῳ ἔδωκαν, δευτέρους δὲ αὐτοῦ ἔταττον πάντας. ποιοῦντες δὲ θυσίαν, ἐπὶ ξένια ἐκάλουν τὸν Ἀπόλλωνα καὶ Ὅμηρον. λέγεται δὲ κἀκεῖνο πρὸς τούτοις, ὅτι ἄρα ἀπορῶν ἐκδοῦναι τὴν θυγατέρα, ἔδωκεν αὐτῇ προῖκα ἔχειν τὰ ἔπη τὰ Κύπρια· καὶ ὁμολογεῖ τοῦτο Πίνδαρος.

tiente exempli cauſa adducto. Interroganti enim, an mentiatur is, qui mentiri ſe dicit, ſi reſpondes, eum mentiri, colligitur ſtatim, non mentiri, quod vere dixerit, ſe mentiri.

σκληροι] Adiectiu. pro Adverb. vid. ad III, 14 in.

πως οιος τε ην] Ratio, qua vtitur Noſter ad confutandam hanc hiſtoriam, non magni videtur Perizonio eſſe momenti. Philetam, putat enim, non quotidie ad defatigationem vsque ambulaſſe, ſed ſimpliciter, ſi quando prodiret, vento vehementiore ſpirante, tum ſe muniuiſſe ſuosque greſſus iſto pondere, quod facile breui ſpatio ſecum trahere potuerit. Nec minus veriſimile ei videtur, quod Athen. ait, eum habuiſſe aliquid ponderis circum pedes potius, quam ſub pedibus.

Ποιουντες δε θυσ.] Argiui ita eum honorarunt propter praecipuas laudes, quibus eorum ciuitatem ornauit. Qua eadem de cauſa e contrario carmina ipſius et certamina rhapſodorum a Cliſthene, Sicyoniorum tyranno, Argiuorum inimico, ex vrbe Sicyone ſunt eiecta, vid. Herod. V, 67. De phraſi *επι ξενια καλειν* vid. ſupr. ad III, 37. not. — De ingenio ac lingua Homeri vid. inprimis *Barthelemy Reiſen des iungen Anacharſis überſezt von Bieſter* I, p. 65 — 77.

εδωκεν αυτη προικα εχειν] ſc. *ὥστε*. ſic Alciphr. I, 1 extr. *απηνεγκαμεθα ογκον ταις γαμεταις εχειν ουκ ολιγον* cet. *tulimus iis non parum* cet.

τα επη τα Κυπρια] *Carminibus*

ΚΕΦ. ΙϚʹ.

Περὶ Ἰταλίας, καὶ Μάρȣ ἱππομιγȣ̃ς ἀνθρώπȣ.

Τὴν Ἰταλίαν ᾤκησαν πρῶτοι Αὔσονες αὐτόχθονες. πρεσβύ-

καὶ τȣτων, ἔγωγε Ῥωμαῖος εἰμι] Moriz. per τȣτων intelligit Ἕλληνας, legendumque καὶ Ῥω. vult. Senſu, fateor, optimo, ſed, puto, alio, atque quem Auctor voluit exprimere. Quare plane adſentior, cum Cl. Kuhn., Heuſingero ad Aeſop. fab. 92. ſic interpretans: *vt vero etiam eos, qui non minus ad me pertinent, quam Graeci, memorim* ſcil. eos Romanos, *quoniam Romanus ſum* etc.

Λευκολλος] Vid. Cic. Acad. II, 2.

Αντιοχȣ] Erat hic Antiochus Aſcalone natus Philonis auditor, veteris academiae inſtaurator, vel (vt vulgo, ſed falſo dicitur, vid. ad III, 17 med.) quintae conditor, ſed qui tranſiiſſe tandem dicitur ad Stoicos, vid. Cic. Acad. II. paſſim, Nat. Deor. I, 3. 7. Sext. Pyrrh. I, ſ. 235. Plut. in Lucullo et Cicerone; quorum hic auditor eius fuit, ille vero etiam contubernalem habuit.

Μαικηνας Αρειȣ] Arius Alexandrinus ille fuit non Maecenatis ſolum Auguſti familiaris praeceptor, ſed et ipſius Auguſti contubernalis, qui eius gratiae dedit, quod pepercit Alexandrinis. [illegible]

Ἀπολλωνιȣ] Celeberrimus hic eſt ex illis ſcriptoribus, qui Ciceronis et Iulii Caeſaris vitam memoriae prodiderunt, quoniam vterque Rhodum enavigauit, vt clariſſimo huic dicendi magiſtro operam daret.

Αθηνοδωρȣ] Duo fuerunt Athenodori Tarſenſes, quorum alter Catoni Vticenſi conuixit, alter Auguſto. Hic apud Plutarch. in Public. dicitur Αθηνοδωρος ὁ Σανδωνος, vnde etiam liquet, ſcripſiſſe eum librum ad Octauiam, Auguſti ſororem. Iam valde ſenex rediit in patriam (Tarſum, vrbem Ciliciae) eamque male adminiſtratam a Boetho, Antonii amico, reſtituit. Ceterum reperitur etiam tertius Athenodorus, Claudii (Auguſti et Liuiae nepotis,)

ἐμοῦ καί τοι σοφώτερος ὤν, λέγει, ὅτι καὶ Ζεὺς ἔχει σύμβουλον· τίνα δὲ καὶ ὅπως, παρ' ἐκείνου μανθάνομεν.

ΚΕΦ. ΚϚ.

Περὶ οἰνοφλύγων τινῶν.

Ποτίστατοι γεγόνασιν ἄνθρωποι, ὥσπερ φασί, Ξεναγόρας ὁ Ῥόδιος, ὃν ἐκάλουν Ἀμφορέα, καὶ Ἡρακλείδης ὁ πύκτης, καὶ Πρωτέας ὁ Λανίκης μὲν υἱός, Ἀλεξάνδρου δὲ τοῦ βασιλέως σύντροφος, καὶ αὐτὸς δὲ Ἀλέξανδρος λέγεται πλεῖστον πιεῖν ἀνθρώπων.

ΚΕΦ.

potis,) familiaris, vid. Strab. XIV.

λέγει] Vid. Kuhn. ex Lucian. et Schol. Hom. Il. α', 5. Momum memorat Iouis conſiliarium; ſed veriſimilius Petronio Auctor epiſtolam II. Platonis reſpexiſſe videtur, vbi prudente aliquo potentibus viris addito, ὡς δ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ, ait, καὶ Προμηθέα Διὶ ταύτῃ, ὡς συνῆγον οἱ πρῶτοι ἄνθρωποι. Nempe antequam homines eſſent nati, Promethea familiariter egiſſe fingunt cum Ioue, et a diis accepiſſe munus formandorum hominum, v. Plat. Protag. Finxerunt et primi poetae, Promethea iunxiſſe ſe Ioui in bello contra Titanas et Saturnum, vid. Aeſchyl. Prometh. vinct.

Ἀμφορέα] Athen. eum Metretam cognominatum ait, ſed promiſcue a veteribus adhibebantur *amphora* et *metreta*.

Ἡρακλείδης] Alexandrinus hic videtur fuiſſe et vixiſſe paullo ante Plutarchum. Solebat autem ille compotationem ſuam diuidere in quatuor partes diei, ſeu tempora cibi capiendi, atque iis ſingulis ille unus certare, identidem cum nouis et integris in potando aduerſariis, vid. Plut. Symp. 6.

Πρωτέας] Quum Curt. VIII, 2. Proteae matrem adpellet *Hellanicen*, Freinsh., Kuhn. et Periz. *Lanices* nomen apud Noſtrum et Arrian. per aphaereſin ex *Hellanice* formatum putant. Mulier illa fuit nutrix Alexandri, ſoror Clyti ab Alexandro interfecti. Proteas autem Alexandrum praebibendo ad mortem adegit, vid. apud Athen. X, 9. Cum enim Alexander illi propinaſſet duorum poculum congiorum, et ille id ebibiſſet, mox idem Alexandro praebibit, qui id etiam exhaurire tentauit, ſed non potuit, καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανε.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΚΖ΄.

Ὅτι ὁ Ἡρακλῆς ἥμερος ἦν τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις.

Ἡμερώτατά φασι τὸν Ἡρακλῆν προσενεχθῆναι τοῖς ἑαυτοῦ πολεμίοις. πρῶτον γὰρ τῶν ἐξ αἰῶνος νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀποδοῦναι ταφησομένους, εἰωθότων τῶν τότε ὀλιγωρεῖν τῶν ἀνῃρημένων, καὶ ἀπολείπειν αὐτοὺς κυνῶν δεῖπνον εἶναι. καὶ Ὅμηρος·

Ἑλώρια τεῦχε κύνεσσι·

καὶ

Κυσὶ μέλπηθρα γενέσθαι.

ΚΕΦ. ΚΗ΄.

Περὶ τοῦ ἐν Ἀθήναις Λεωκορίου.

Λεωκόριον Ἀθήνῃσιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων, Πραξιθέας, καὶ Θεόπης, καὶ Εὐβούλης. ταύτας δὲ ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηνᾶς ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸν χρησμὸν

τὸν

Ὑποσπόνδους] Sic Thucyd. I, 63. *καὶ τοὺς νεκροὺς ὑποσπόνδους ἀπέδοσαν et per pactum reddidere occiſos*, Xenoph. paſſim. Antea de cadaueribus occiſorum pugnabant, vid. paſſim ap. Hom. Il. Vulgat. *ἀποσπόνδους*. Ceterum Hercules etiam primus cadauera cremaſſe dicitur ap. Plut. Theſ.

κυνῶν δεῖπνον] Res notiſſima ex Homero. Eamdem inhumanitatem exercuit Lyſander in Athenienſes poſt victoriam ad Aegos Potamos.

ἑλώρια] Il. α', 4. Simil. γ', 831. Imitatus eſt Sophocles Aiax flag. 835.

κυσὶ μέλπηθρα] Paſſim v. c. Il. ρ', 255. σ', 179. vbi idem verſus.

Πραξιθέας] Sic Mſti et priores edd. Alii aliter. Erechtheus eam habuit vxorem. Apollod. III, 14.

Digitized by Google

τὸν Δελφικόν. ἔλεγε γὰρ, μὴ ἂν ἄλλως σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν.

ΚΕΦ. ΚΘ'.

Τί εἶπεν ὁ Πλάτων περὶ Ἀκραγαντίνων πολυτελείας.

Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος ἰδὼν Ἀκραγαντίνους, καὶ οἰκοδομοῦντας πολυτελῶς, καὶ ὁμοίως δειπνοῦντας, εἶπεν, ὅτι ἄρα οἱ Ἀκραγαντῖνοι οἰκοδομοῦσι μὲν ὡς ἀεὶ βιωσόμενοι, δειπνοῦσι δὲ ὡς ἀεὶ τεθνηξόμενοι. λέγει δὲ Τίμαιος, καὶ ὅτι ἀργυραῖς ληκύθοις, καὶ στλεγγίσιν ἐχρῶντο, καὶ ἐλεφαντίνας κλίνας εἶχον ὅλας.

ΚΕΦ.

ελεγε γαρ] Saepe reſponderunt oracula et vates, mactandos eſſe homines, tamquam victimas diis gratiſſimas, ad auertenda mala publica. Exempla vid. Hygin. fab. 46. Apollod. III, 6. 7. et 14. Pauſan. Meſſ. c. 9. imo et in ſacris literis 2. Reg. 3. 27. quae ſuperſtitio crudeliſſima per omnes fere gentes ſparſa erat.

σωθηναι] a fame (alii, a peſte) qua tum vrbs laborabat.

Πλατων] Diog. Laert. VIII, 63. hoc dictum Empedocli tribuit. Alii aliis.

ως αει τεθνηξ.] Diog. Laert. edit. ὡς μέλλων. nec male. Menag. ad Laert. ὡς ηδη. Sed nil mutandum. Commodus eſt ſenſus: *coenant*, vertit Periz., *quaſi vltimum ſemper coenaturi* — Ceterum, quod hic de Agrigentinis dicitur, id Diogenes Cynicus de Megarenſibus dixit, vt refert Tertull. Apolog. 37. et Stratonicus Citharoedus de Rhodiis ap. Plutarch., vt monet Menag. l. c.

και ὅτι αργυρ.] Lugd. ὅτι και αργ.

και ςλεγγισι] Lugd. και ξυστραις, ſed interpretatio alterius, Suid. enim ςλεγγις ἡ ξυστρα. Sipisk. vulg. Phauorin. ςλεγγιδες, τα τριπλευρα οἷς εν τοις βαλανειοις τριβομενοι παν ῥυπον εκξεομεν. Solent etiam coniungi ληκυθοι και ςλεγγιδες, quia pariter adhibebantur in balneis.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Α΄.

Περὶ Ταραντίνων οἰνοφλυγίας, καὶ Κυρηναίων τρυφῆς.

Ταραντίνοις ἐν ἔθει ἦν πίνειν μὲν ἐξ ἑωθινοῦ, μεθύειν δὲ περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. εἰς τοσοῦτον δὲ ἄρα Κυρηναῖοι τρυφῆς ἐξώκειλαν, ὥστε Πλάτωνα παρεκάλουν, ἵνα αὐτοῖς γένηται νομοθέτης· τὸν δὲ ἀπαξιῶσαι φασὶ διὰ τὴν ἐξ ἀρχῆς ῥᾳθυμίαν αὐτῶν. Ὁμολογεῖ δὲ καὶ Εὔπολις ἐν τῷ Μαρικᾷ, ὅς τις αὐτῶν εὐτελέστατος σφραγῖδας εἶχε δέκα μνῶν. παρῆν δὲ θαυμάζεσθαι καὶ τοὺς διαγλύφοντας τοὺς δακτυλίους.

ΚΕΦ.

Ταραντινοις] Opulentiſſima erat ciuitas iam antiquis temporibus, et ideo luxuriae ſe dedit. Dicebant Tarentini, alios ſolertes et induſtrios id agere, vt tandem aliquando et ipſi viuerent, ſe iam nunc viuere per commeſſationes et voluptates, vid. Athen. IV, 19. Sed Pyrrhus, Epirotarum rex, auxilium iis ferens contra Romanos, compotationes et commeſſationes et conuiuia intempeſtiua ſuſtulit.

περι πληθουσαν αγοραν] vel ὡραν αγορας, eſt medium tempus inter ipſum mane et meridiem, circa horam nonam matutinam, quando forum ab hominibus frequentari ſolet, vid. Xen. M. S. I, 1. 10. Ορθρον enim, vt monet Kuhn., ſequitur πληθουσα αγορα, quam μεσημβρια, *meridies* excipit.

Κυρηναιοι] Vnde Athen. XII, 1 init. *videris mihi Cyrenaeus eſſe*, quia iſthic, *ſi quis vnum inuitet, adueniunt duodeuiginti alii, decem currus, quindecim bigae, vt* adeo *melius iſthic ſit, neminem inuitare.* Non mirum itaque, doctrinam de voluptate tantos feciſſe in ea gente progreſſus, vt inde et a primis eius temporibus Cyrenaica fuerit dicta.

ῥᾳθυμιαν αυτων] Plato dicitur a Plutarcho cauſam, quare Cyrenaeorum deſideria reiecerit, contuliſſe in nimiam eorum felicitatem et opulentiam, vnde tamen *ſocordia* et *inertia* oriri ſolet.

τῳ Μαρικᾳ] Eſt nomen comoediae, quam ſcripſit *Eupolis* in Hyperbolum, qui poſt Cleonem magna auctoritate valuit apud populum Athenienſium. Μαρικας notat Cynaedum, hominem effeminatum, vt ait Heſychius.

ευτελεστατος] De luxuria in *annulis* variis et pretioſiſſimis poſita, vid. ſupra ad III, 19 med.

ΚΕΦ. ΛΑ΄.

Περὶ διαφόρων οἴνων Ἑλληνικῶν.

Φέρε οἴνων Ἑλληνικῶν διὰ σπουδῆς ἰόντων ἐν τοῖς παλαιοῖς, ὀνόματα καταλέξω ὑμῖν. Πράμνειόν τινα ἐκάλουν, ἱερὸν δ' ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς Δημήτρας, καὶ Χῖος οἶνος ἐκ τῆς νήσου. καὶ Θάσιος ἄλλος καὶ Λέσβιος, καὶ ἐπὶ τούτοις Γλυκύς τις ἐκαλεῖτο, πρέπων τῷ ὀνόματι τὴν γεῦσιν. καὶ Κρὴς ἄλλος. καὶ ἐν Συρακούσαις Πόλιος· ἐκλήθη δὲ ἀπό τινος ἐγχωρίου βασιλέως. ἔπινον δὲ καὶ Κῷον οἶνον, καὶ οὕτως αὐτὸν ἐκάλουν, καὶ Ῥόδιον κατὰ τὰ αὐτὰ ὀνομάζοντες.

Τί δὲ, οὐκ ἐκεῖνα τοῖς Ἕλλησι τρυφῆς ἀπόδειξις; μύρῳ γὰρ οἶνον μιγνύντες οὕτως ἔπινον, καὶ ὑπερηγάζοντο τὴν τοιαύτην κρᾶσιν, καὶ ἐκαλεῖτο ὁ οἶνος Μυρρινίτης.

Εν τοις παλαιοις] Sluisk. et Med. 3. εν τοις παλαι, quod forſan non iniuria receperunt Abr. Gron. et ed. Baſ.

Πραμνειον] Tradunt alii naſci hoc vinum in inſula Icaro, alii iuxta Epheſum, alii alio loco. Quare putat Periz., non vnius eſſe loci vinum, ſed loca quaedam ab eo nomen traxiſſe. Accedit et iis, qui vinum hoc tamquam *προς παραμονην επιτηδειον idoneum ad durationem* dictum putant, *οἱονει Παραμενειον οντα*, vt ait Athen. Nam durabile erat hoc vinum, ſed et auſterum, vt inde frons et aluus contraheretur in rugas, ideoque ab eo abhorrebant Athenienſes. Spiſſum erat imo nigrum et multum alimenti conferebat, vid. Suid., Euſtath. et Athen. Sed tamen ſuaue ſatis erat, ideoque multo in pretio. Ceterum quia πολυτροφον erat, Cereri ſacrum fuiſſe putat Perizonius.

Χιος οινος cet.] De his vinis vid. Athen. I, 22. ff. Plaut. Poenul. III, 3. 85. Plin. XIV, 7.

Θασιος] *Thaſus* inſula eſt, e regione Macedoniae.

Πολιος] Athen. I, 24. Πολλιον vocat, et regem illum Πολλιν, qui *Argiuus* fuerit, et ex Italia hanc vitem tranſtulerit in Siciliam. Pollux veriſimilius diuerſos porro facit Argiuum illum, quem vocat Πολλαν, et Syracuſanum. Vid. tamen Cel. Heyne ad *Guthrie Weltgeſchichte*, L. VIII, c. 1.

ὑπερηγαζοντο] Mſti ὑπερηναγκαζοντο, ſed vitioſe, vt videtur. Iac. et Abr. Gronou. ὑπερησπαζοντο.

Μυρρινιτης] Legi cum Iunio et Scheff. μυρρινης vel μυρινης, vult

Digitized by Google

νίτης. μέμνηται δὲ αὐτοῦ Φιλιππίδης ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητής.

ΚΕΦ. ΛΒ΄.

Περὶ Πυθαγόρου, Ἐμπεδοκλέους, Ἱππίου, καὶ Γοργίου ἐνδύματος καὶ ὑποδήματος.

Πυθαγόρας ὁ Σάμιος λευκὴν ἐσθῆτα ἤσθητο, καὶ ἐφόρει στέφανον χρυσοῦν, καὶ ἀναξυρίδας. Ἐμπεδο-

κλῆς

vult Perizonius, i. e. *μυρῳ μεγνυμενον*, vinum vnguento miſtum, quod *μυρινης* vel *μυῤῥινης* ſc. *οινος* dicebatur, v. Heſych. et Pollux. Sic volebat etiam Brodaeus Miſc. IV, 4. *Μυῤῥινιτης* vero erat vinum myrteo ſucco vel odore infectum; myrtus enim graece etiam *μυῤῥινη* et *μυρσινη*, v. II, 41. *Μυρον* autem, *vnguentum*, videtur formatum *απο της σμυρνης*, vel apud Aeoles, *μυῤῥας*, *myrrhae* ſ. *murrhae*, cuius odor in vnguentis maxime eminebat et gratiſſimus erat. Ac licet *myrrha* proprie fuerit amara; ſapor ille tamen exſtinguebatur aliis vnguenti ſuccis in eius compoſitione, ita vt gratiſſimus myrrhae odor ſupereſſet et vinum ſatis euaderet dulce. Certe huc refert Athen. XV, 12. etiam *crocum*, *ſed absque multa myrrha*.

Εσθητα] Veſtitus, quem Pythagoras ſibi et ſuis elegit, fuit ex linteo, vel goſſypio, Aegyptiaco candido, ſaepe purpureo vel purpura radiato, quo etiam ſacerdotes in Aegypto vti viderat. — *ησθητο*, Plusquamperf. Ind. Paſſ. ab inuſit. Verbo *εσθεομαι*, pro *ἐννυμαι* *induor*.

στεφανον χρυσουν] Videtur et ea vſus eſſe, vt imitaretur ſacerdotes, quibus pariter, vt ſacris, corona ſimul cum veſte candida erat propria, vid. Plut. de aud. poet. *στεφανον ἱερατικον*.

αναξυριδας] Erant ſimiles noſtris braccis, quae *attrahendo* (dictae ab *ανασυρεσθαι attrahere*) vsque ad imum ventrem induebantur. Sic Euſtath. ad Il. β΄. Heſych. *φεμιναλια και βρακαι*. Sed tegebant ſaepe et crura, vnde *και σκελεας καλουσι*, *cruralia tegmina*, Pollux. Et Arrian. Tact. *Romanos*, ait, *in campeſtribus exercitiis habuiſſe αναξυριδας περι των σκελων, ου καθαπερ Παρθυαιοι και Αρμενιοι κεχαλασμενας* (*laxas*) *αλλα περισφιγγομενας*, (*adſtrictas*) *των σκελων*. Quod tamen nonniſi de Romanis ſub Caeſaribus intelligendum. Veteres enim eas non habuerunt. Et Galli cisalpini *braccati* opponuntur Gallis transalpinis *togatis*. Habebant tamen Romani faſcias,

quibus

Digitized by Google

κλῆς δὲ ὁ Ἀκραγαντῖνος ἁλουργῇ ἐχρήσατο, καὶ ὑποδήμασι χαλκοῖς. Ἱππίαν δὲ καὶ Γοργίαν ἐν πορφυραῖς ἐσθῆσι προϊέναι διαῤῥεῖ λόγος.

ΚΕΦ. ΛΓ.

Ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι τὴν τοῦ ἰατροῦ τοῦ Πύῤῥου ἐπιβουλὴν οὐ προσήκαντο.

Κινέας ὁ Πύῤῥου ἰατρός, φασι, πρὸς τὴν βουλὴν τῶν Ῥωμαίων ἔγραψε δι' ἀποῤῥήτων, καὶ ᾔτει χρήματα, καὶ ὑπισχνεῖτο ἀποκτείνειν φαρμάκοις τὸν Πύῤῥον. οἱ δὲ οὐ προσήκαντο τὴν ὑπόσχεσιν. δι' ἀρετῆς γὰρ ἴσασι Ῥωμαῖοι ἀγαθοὶ εἶναι· οὐ μὴν διὰ τέχνης, καὶ πανουργίας, καὶ ἐπιβουλῆς καταγωνίσασθαι τοὺς ἐχθρούς. ἀλλὰ καὶ αὐτῷ τῷ Πύῤῥῳ τὴν γνώμην τοῦ Κινέου ἐξέφαναν.

ΚΕΦ.

quibus inuoluebant femora, quaeque *feminalia* adpellabant. Sed vix vtebantur iis, niſi parum proſpera valetudine, aut hyemis tempore, v. Suet. 82. de Auguſto. Erant autem ἀναξυρίδες propriae Perſis quidem maxime, ſed et Armeniis, imo et Scythis iuxta Graeciam. Nam Graeci iis vix vtebantur, quod patet ex oratione Ariſtagorae Mileſii ad Spartanos, vid. Herodot. V, 49.

Ἐμπεδοκλῆς] Philoſophus, medicus ac poeta celeber, vixit Olymp. LXXXIV. tempore Xerxis et Anaxagorae, fuitque magnus Pythagorae aeſtimator, etſi eius auditor dici non poteſt. Agrigenti natus eſt et a ciuibus ſuis maxime aeſtimatus. Crepidae eius aeneae notiſſimae ſunt, quippe quarum ex altera cognitum fertur, inſiluiſſe eum in Aetnam, quod tamen refutat Strabo VI. Scripſit poëmata: *de natura*, cuius exſtant adhuc fragmenta; et *de ſphaera*.

Ἱππίαν] Eleus fuit patria, Sophiſtaque et Rhetor, vt Gorgias Leontinus, vid. Excurſ. *de Sophiſtis*, et Cic. Brut.

Κινέας] Auctor forſan, vitio memoriae confundens Cyneam, amicum Pyrrhi, cum hoc homine, errauit, vel reponendum eſt Νικίας ex Gellio III, 8. quem Noſter videtur ſecutus. Val. Max. autem VI, 5. 1. eum Timocharem vocat.

ἐξέφαναν] Sic Mſti et primae edd. Geſnerus vult ἐξέφηναν, ſed vtrumque dicitur. Ceterum et in nomine et in re ipſa diſcrepant auctores paullo

ante

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΔ'.

Περὶ Παυσανίου καὶ Ἀπελλοῦ ἐρώτων.

Ἔρωτες ἡμῖν τῶν ἀρχαίων πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι εἰς μνήμην ἐδόθησαν, καὶ οὗτος δὲ οὐχ ἥκιστα.

Παυσανίας μὲν γὰρ ἤρα τῆς αὑτοῦ γυναικός. Ἀπελλῆς δὲ καὶ τῆς Ἀλεξάνδρου παλλακῆς, ᾗπερ ὄνομα ἦν Παγκάστη, τὸ δὲ γένος Λαρισσαία ἦν. ταύτῃ καὶ πρώτῃ, φασὶν, ὁ Ἀλέξανδρος ὡμίλησεν.

ΚΕΦ. ΛΕ'.

Περὶ Περιάνδρων, Μιλτιαδῶν, Σιβυλλῶν, Βακίδων.

Ὅτι δύο Περίανδροι, ὁ μὲν σοφὸς ἦν, ὁ δὲ τύραννος.

καὶ

ante dicti, quum ſecundum alterum, hominem regi nominatim, ſecundum alterum non proderent Romani. Plutarch. in *Pyrrho* priori adſentitur, atque ita punitus homo et iuſſu regis corium ei detractum inque ſellam distentum eſt; ſic ait Zonaras, vid. et Cic. Offic. III, 22.

Παυσανιας] Periz., cui hoc nomen propter amorem notatu minime dignum, ſuſpectum videtur, lacunam ſtatuit. Mſti nil mutant. Cl. Meinecke, cui adſentitur Cl. Kuhnius, voculam αγαν ante ηρα reponendum putat.

Παγκαστη] Concubinam hanc Apelli donauit Alexander, quum ille eam nudam depingere iuſſus, deperire coepiſſet. Vid. Plinii hiſt. natur. XXXV, 10. vbi vitioſe ſcribitur *Campaſpe*. Ceterum paullo ante in δε και της a Mſtis και abeſt, nec a ſenſu requiritur.

Δυο Περιανδροι] Alter Corinthius et ſeptem ſapientibus a quibusdam adſcriptus, alter Ambraciota, vterque tyrannus, h. e. abſolutae poteſtatis dominus in ſuos ciues.

Digitized by Google

καὶ Μιλτιάδαι τρεῖς, ὁ τὴν Χεῤῥόνησον κλίσας, καὶ ὁ Κυψέλου, καὶ ὁ Κίμωνος. Σιβύλλαι τέσσαρες, ἡ Ερυθραία,

Μιλτιάδαι] Ecce rem variis difficultatibus impeditam. Auctor hic ex vno Miltiade duos fecit. Certe *Miltiades Cypſeli* (Corinthiorum tyranni) filius eſt ille, qui Cherroneſum condidit; vixit enim Athenis tempore Piſiſtrati, et quum eodem tempore legati Thracum Doloncorum, qui a ſuis ciuibus, ab hoſtibus preſſis, ad oraculum conſulendum mittebantur, ab eo excepti fuiſſent hoſpitio, odio dominationis Piſiſtrati commotus Athenis diſceſſit, coloniaque Athenienſi Cherroneſum Thraciam condidit. Huius frater *Steſagoras* genuit *Cimonem*, κοαλεμὸν, vt dicebatur, hominem *ſtolidum* (Timaeus: ματαιοφρονα, vbi vid. Ruhnk.), quem tamen alii faciunt Miltiadis ipſius filium; hic porro *Steſagoram*, vel (vt alii,) *Tiſagoram* et *Miltiadem Marathonium*, cuius denique filius fuit *Cimon*, cuius nobiliſſimi imperatoris vitam Nepos deſcripſit. Sic ſtemma huius familiae ordinauit Reinerus Reineccius in hiſtor. Iuliae I, pag. 558. A quo tamen Perizonius paullum diſcedere videtur, qui Cimonem Miltiadis Marath. patrem et priorem Miltiadem fratres vterinos fuiſſe atque ita eos diuerſos habuiſſe patres dixit. Sed nec Noſter ſolum, ſed et Nepos errauit, quum conditorem Cherroneſi et Marathonium fecerit eumdem. Conf. Herodot. VI, 34 — 38. Nep. *Miltiad.* init. Pauſan. Eliac. II, 19. qui idem, quod Nepos, commiſit. Ceterum *tertius* tamen reperitur *Miltiades*, ſed ignotus et antiquior; fuit enim archon επωνυμος, Olymp. XXX, 2. vid. Pauſ. *Arcad.* 39. et *Meſſen.* 23.

Χεῤῥονησον] *Cherroneſus* ſeu *Cherſoneſus*, a χερρος, ſeu χερσος, *terreſtris*, *terra*, et νησος, *inſula*, eſt peninſula. Sub hoc autem nomine quatuor peninſulae celeberrimae apud veteres fuerunt: primum *Cherſoneſus Thracia*, quae hic memoratur, quamque Hellespontus, hodie fretum Dardanellarum dictus, adluit; deinde *Cherſoneſus Taurica*, nunc *Tauria* dicitur. Tum *Cherſoneſus Cimbrica*, a Cimbris ſic dicta, hodie *Jütland* et *Schleſwig*. Porro occurrit *Cherſoneſus aurea*, quae eſt India vltra Gangem. Ceterum ſub *Cherſoneſi* nomine etiam oppidum Thraciae, item promontorium Atticae et portus Cretenſis reperiuntur.

κλισας] Κλιζειν proprie *condere* oppidum, vel inſulam, vel gentem. Sic conditorem inſulae Auguſtus ap. Suet. Aug. c. 98. ſolebat adpellare κλιτην. Iuſtin. XXXXII, 2. *condita Armenia*. ib. Iaſon *conditor Orientis*. Varro: *condere colonias*. Sic Hellanicus librum conſcripſit ſub titulo: κλισεις εθνων και πολεων. Heraclides polit. κλιζειν Λιβυην. Haec Cuper, obſ. p. 293. 4.

Σιβυλλαι] Lactant. de falſa relig.

θρᾷσα, ἡ Σαμία, ἡ Αἰγυπτία. ἡ Σαρδιανή. οἱ δὲ φασι, καὶ ἑτέρας ἕξ, ὡς εἶναι τὰς πάσας δέκα, ὧν εἶναι καὶ τὴν Κυμαίαν, καὶ τὴν Ἰουδαίαν. Βάκιδες τρεῖς, ὁ μὲν Ἕλλην, ὁ δὲ Ἀθηναῖος, ὁ δὲ Ἀρκάς.

relig. I, 6. ex Varrone: *Sibyllinos libros, ait Varro, non fuiſſe vnius Sibyllae, ſed adpellari vno nomine Sibyllinos, quod omnes feminei vates, Sibyllae ſunt a veteribus nuncupatae, vel ab vnius Delphidis nomine, vel a conſiliis deorum ennunciandis.* Σιους *enim deos, non* Θεους, *et conſilium non* βουλην, *ſed* βυλην *adpellabant, Aeolico genere ſermonis. Itaque Sibyllam dictam eſſe quaſi* Θιοβουλην. Hinc etiam Manto Tireſiae (celeberrimi vatis) filia, et Caſſandra Priami, inter Sibyllas a Suida numerantur. Alii a σιδη, aeolice σιβη, *malum punicum*, item ab antiquo σιβος, vnde lat. obſolet. *ſibus* i. e. *callidus*, vel a σεβομαι, *colo*, *veneror*, ε in ι mutato, deriuant. Perizonius a nomine *Libyes*, L in S mutato, formatum putat, quia vna Sibyllarum, Lamiae, Neptuni filiae, filia, ex Libya (i. e. Africa) in Graeciam veniſſe diceretur, hincque *Libyca* vocata eſſet; vid. Lactant. l. c. Hyde vero in hiſtoria religionis vet. Perſarum c. 33. eam Sibyllae adpellationem ex Aſiatica lingua petendam oſtendere ſtuduit. Quid multa? origo huius nominis incertiſſima eſt, quod etiam Perizon. concedit, nomenque vere proprium, non commune, fuiſſe putat, ſed ab illa prima illuſtri femina dein omnibus aliis arte ſimili celebribus feminis, plane vt Herculis, datum eſſe. vid. ſimile de Sappho et Aſpaſia ſupra ad c. 19. Ceterum illa eadem cauſa eſt, quare tam varius Sibyllarum numerus traditur a veteribus, dum alii duas, tres etc. alii nouem, vndecim et plures memorant.

Ιουδαιαν] Haec ab aliis Aegyptia, Perſis, Babylonia, Chaldaea fuiſſe dicitur et filia quidem Beroſi, vid. Pauſ. Phoc. 12. qui addit, proprio nomine adpellatam Σαββην. Suidas vocat Σαμβηθην, quod nomen ab illo Σαββη, μ loco prioris β inſerto, formatum facile eſſe poteſt. Haec *Sambethe* etiam diuinis honoribus ſeu ſacellis videtur a quibusdam culta. Nomen autem *Sabbae* et *Sambethes* videtur ex hebraico סבא *ſaba* formatum, quod notat *vino ſe ingurgitare*. Hinc Bacchus *Sabazius*, imo et Bacchi Σαβοι, vt vſitata vox in ſacris eius, ευοι σαβοι. Quin et inde Plutarch. Symp. 4. extr. Sabbathorum feſtum apud Iudaeos non eſſe alienum putat a Baccho.

Βακιδες] Solent Bacides vates Sibyllis iungi; Cic. Diuin. I, 18. Lucian. Peregr. Varia etiam oracula eorum exſtant, vt apud Herodot. VIII. Pauſan. Meſſen. Boeot. Vid. et infra ad c. 50. et Schol. ad Ariſtoph.

ΚΕΦ. ΛϚ.

Περὶ ἀριθμοῦ Νιόβης παίδων.

Ἐοίκασιν οἱ ἀρχαῖοι ὑπὲρ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν τῆς Νιόβης παίδων μὴ συνᾴδειν ἀλλήλοις. Ὅμηρος μὲν ἓξ λέγει, καὶ τοσαύτας κόρας. Λάσος δὲ δὶς ἑπτὰ λέγει· Ἡσίοδος δὲ ἐννέα καὶ δέκα. εἰ μὴ ἄρα οὐκ εἰσιν Ἡσιόδου τὰ ἔπη, ἀλλ', ὡς πολλὰ καὶ ἄλλα, κατέψευσαι αὐτοῦ. Ἀλκμὰν δέκα φησί. Μίμνερμος εἴκοσι, καὶ Πίνδαρος τοσούτους.

ΚΕΦ.

ſtoph. Aues v. 963. Ceterum ex Schol. Ariſtoph. ad Equit. ad Aues et ad Pacem, it. ex Suida et Tzetze ad Lycophr. pro Ἑλλην hic emendandum Kuhnio et Periz. videtur Ἐλευνιος i. e. *ex Eleone* Beotiae.

Εοικ. αρχ.] Vid. quos adleg. Muncker ad Hygin. fab. 2. Ceterum Niobae, Tantali filiae et vxori Amphionis, auctoris arcis Thebanae, liberos ſuos ſubito abſtulit morbus inflammatorius; ſic enim ſagittae Apollinis (vid. Hom. Il. α init.) et Dianae (Hom. Od. λ', 196. Iliad. τ', 59. ζ', 428.) occidere ſolent.

Ὁμηρος] Vid. Il. ω, 602. ſſ.

Λασος] Vixit tempore Simonidis et Darii Hyſtaſpis. Patria erat Hermionenſis, ex Argolica regione Peloponneſi. Ceterum Ouid. Met. VI, fab. 3. totidem numerat Niobes liberos.

εννεα και δεκα] Atqui Apollod. III, 5. 6. Heſiodum, ait, tribuere Niobae decem filios et decem filias. Videtur ergo Apollod. retuliſſe ex Heſiodo liberos omnes, Aelianus vero eos, qui perierunt; perierunt vero omnes praeter Chloridem.

και αλλα, κατεψευσαι αυτου] Si comma poſueris poſt αλλα, ſenſus erit *niſi — —, ſed falſo illi tribuantur, ſicut multa etiam alia*; ſin diſtinctionem praetermiſeris, et ita Genitivum iunxeris prioribus, *ſed, ſicut multa etiam alia eius — confiſta ſint*, vid. ad VIII, 6.

Μιμνερμος] Patria fuit Colophonius, vixit temporibus Solonis, compoſuit elegiaca et maxime amatoria. Pauca adhuc exſtant eorum fragmenta apud Stobaeum ſerm. 184. vid. et Köppen. V. cl. *Blumenleſe*, Th. II.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΛΖ.

Περὶ Ἀλεξάνδρου ἐν ἀπορίᾳ τροφῶν γενομένου, καὶ πῶς τινες κῶμαι διὰ τὸν καπνὸν ἑάλωσαν.

Ἀλέξανδρος ὅτε Βῆσσον ἐδίωκεν, ἐπ' ἀπορίᾳ γενόμενος τροφῶν, αὐτός τε ἥψατο τῶν καμήλων, καὶ ὑποζυγίων ἄλλων, καὶ οἱ σὺν αὐτῷ. τῶν τε ξύλων αὐτοὺς ἐπιλιπόντων, ὠμὰ τὰ κρέα ἤσθιον. ἐπεκούρει δὲ αὐτοῖς τὸ σίλφιον, πολὺ ὄν, ὥστε τὰς σάρκας συνεκπέττειν.

Ἐν δὲ τῇ Βακτριανῇ οἱ στρατιῶται αὐτὰς τὰς κώμας κατελάμβανον, ὅτι οἰκοῦνται ἐκ τοῦ καπνοῦ συνιέντες, καὶ τὴν χιόνα ἀφαιροῦντες τῶν θυρῶν.

Ἐπ' ἀπορίᾳ γεν.] Videntur haec ex Strabone eſſe hauſta.

σίλφιον] *Silphium* ſ. laſerpitium, herba, ſuauem odorem ſpirans, quae naſcitur in Libya, Syria, Media et vicinis regionibus. Optimum autem eſt Cyrenaicum. Eius ſucco et radice et caule olim vtebantur maxime ad condimenta et medicinam Romani, vid. Plin. hiſt. nat. XIX, 3. Eſt autem exigua planta.

ἐν δὲ τῇ Βακτριανῇ] *Bactria* ſeu *Bactriana* ſcil. prouincia, Margianae finitima, antiquiſſimis mundi temporibus reges ſuos habebat, poſtea vero erat, ſicut et nunc, pars regni Perſici ad Orientem ſpectans, et vna cum Margiana prouinciam, vt dicunt, *Chorazan*, nunc comprehendit. Ceterum alii tradunt, et verius, accidiſſe illud in Paropamiſadis, qui ſunt Bactrianis vicini, et verſus ſeptemtrionem tunc certe ſiti, quorum regio a Curt. VII, 3. Diod. XVII. et aliis, vt frigori et niui valde obnoxia deſcribitur.

αὐτὰς τὰς κώμας] τὸ *αὐτὰς* delendum putat vir doct. Miſc. obſ. III. Sed Cl. Kuhn. vult *αὖ τὰς*; ac vere, vt dicit, *αὖ* adhiberi in exemplis, vel hiſtoriis deinceps enumerandis ſolemne eſt; vid. ad c. 50 fin. Poſſit et τὸ *αὐτὰς* explicari per *etiam*, *ſogar*, vt [illegible] *ipſe*. Sic ſupr. IX, 3. *αὐτῷ τῷ Ἀλεξ.* *ſogar dem Alex.* — An *αὖθις* pro *αὐτὰς*? Sed tum fortaſſe hoc, et Cl. Kuhnii *αὖ*, *porro*, ſtatim poſt Βακτρ. poni debuiſſet. Omnino nil plane mutandum cenſeo, ſenſus quum ſit ſanus; dummodo verba *ὅτι οἰκ.* non ad praecedentia, ſed ad ſequentia *ἐκ τ. κ. σ.* retuleris. Repererunt vicos eo, quod ex fumo intellexerunt, homines in iis habitare et cet.

ΚΕΦ. ΛΗ'.

Περὶ ἵππων τῶν Σακῶν, καὶ τινων ἐθῶν αὐτῶν.

Οἱ Σακῶν ἵπποι, ἐὰν ἀποβάλῃ τις τὸν δεσπότην, ἐς τὸ ἀναβῆναι αὐτὸν παρέστηκεν. ἐὰν δέ τις γῆμαι βούληται παρθένον, μονομαχεῖ τῇ παιδὶ, καὶ κρατήσασα μὲν, αἰχμάλωτον ἄγεται, καὶ κρατεῖ αὐτοῦ, καὶ ἄρχει· ἐὰν δὲ νικηθῇ, ἄρχεται. καὶ μονομαχοῦσι δ' ἄχρι νίκης, οὐ μέχρι θανάτου. πενθοῦντες δὲ οἱ Σάκαι, εἰς οἴκους τινὰς ὑπάντρους καὶ κατασκίους ἀποκρύπτονται.

ΚΕΦ. ΛΘ'.

Περὶ Περδίκκου εὐτολμίας, καὶ λεαίνης.

Περδίκκας ὁ Μακεδὼν, ὁ συστρατευσάμενος Ἀλεξάνδρῳ, οὕτως ἄρα ἦν εὔτολμος, ὥς ποτε εἰς σπήλαιον παρελθεῖν, ἔνθα εἶχεν εὐνὴν λέαινα, μόνος· καὶ τὴν μὲν λέαιναν οὐ κατέλαβε, τοὺς γε μὴν σκύμνους αὐτῆς κομίζων προῆλθε, καὶ ἔδοξεν ἐπὶ τούτῳ θαυμάζεσθαι ὁ Περδίκκας. πεπίστευται δὲ οὐ μόνον παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλκιμώτατόν τε καὶ δυσμαχώτατον εἶναι θηρίον ἡ λέαινα, ἀλλὰ καὶ παρὰ τοῖς βαρβάροις. φασὶ γοῦν καὶ Σεμίραμιν τὴν Ἀσσυρίαν οὐκ, εἴποτε εἷλε λέοντα, ἢ πάρδαλιν κατέκτανεν, ἢ ἄλλο τι τῶν τοιούτων, ἀλλ' εἰ λεαίνης ἐγκρατὴς ἐγένετο, μέγα ἐφρόνει.

ΚΕΦ.

Σακων] *Sacae* proprie dicti erant Paropamiſadis, de quibus cap. praeced. actum, vicini, ſed Perſae omnes Scythas vocarunt *Sacas*, vt Herodot. VII, 64. Plin. hiſt. nat. VI, 17. Arrian. exped. Alex. 3.

μονομαχει τ. π.] Mos hic Sacarum inde videtur ortus, quod apud Scythas feminae aeque ac viri pugnas inire ſolebant. Vid. et Tacit. Mores Germ. 18.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Μ΄.

Περὶ τῶν τῷ Ξέρξῃ ἑπομένων ἐφοδίων.

Τά τε ἄλλα ἐφόδια εἵπετο τῷ Ξέρξῃ πολυτελείας καὶ ἀλαζονείας πεπληρωμένα, καὶ οὖν καὶ ὕδωρ ἠκολούθει τὸ ἐκ τοῦ Χοάσπου. ἐπεὶ δ᾽ ἔν τινι ἐρήμῳ τόπῳ ἐδίψησεν, οὐδέπω τῆς θεραπείας ἡκούσης, ἐκηρύχθη τῷ στρατοπέδῳ, εἴ τις ἔχει ὕδωρ ἐκ τοῦ Χοάσπου, ἵνα δῷ βασιλεῖ πιεῖν. καὶ εὑρέθη τις βραχὺ καὶ σεσηπὸς ἔχων. ἔπιεν οὖν τοῦτο ὁ Ξέρξης, καὶ εὐεργέτην τὸν δόντα ἐνόμισεν, ὅτι ἂν ἀπώλετο τῇ δίψῃ, εἰ μὴ ἐκεῖνο εὑρέθη.

ΚΕΦ. ΜΑ΄.

Περὶ Πρωτογένους τοῦ ζωγράφου.

Πρωτογένης ὁ ζωγράφος τὸν Ἰάλυσον, φασίν, ἑπτὰ

Χοάσπου] fluuius, qui Suſas, vrbem Perſicam, praeterfluit, ex quo, ſicut et ex Eulaeo et Nilo (Strab. XV.) regi ſolum bibere licebat.

εὐεργέτην] Qui regem Perſarum beneficio aliquo demeruerat, *Oroſanga* dicebatur, v. Herodot. VIII, c. 85. *Φυλαρχος δὲ εὐεργέτης βασιλῆος ἀνεγράφη καὶ χώρῃ οἱ ἐδωρήθη πολλῇ. οἱ δ᾽ εὐεργέται τοῦ βασιλῆος, Ὀροσάγγαι καλέονται Περσιστί.* Cf. Diod. XVII, c. 81. Sed et reges Perſarum ipſi ita adpellati ſunt, vid. Barneſ. ad Eurip. Rheſ. v. 151.

ἐκεῖνο εὑρέθη] Sluisk. ἐκεῖνος, quod Periz. praefert; reſpiciuntur enim hocce ſuperiora *καὶ εὑρέθη τις βραχὺ* etc. Lugd. et regg. tamen retinent vulgatum.

Πρωτογένης] Celeberrimus hic fuit pictor Rhodi potiſſimum agens, Caunius patria, quae vrbs, in continenti Aſiae ſita, Rhodiis fuit ſubiecta. Vixit eodem tempore, quo Apelles et Demetrius Poliorcetes, ergo errauit Gell. XV, 31. Protogenem ibi mortuum adpellans. Imo Demetrius ipſe cum Protogene collocutus pingenti hanc picturam ſaepe adfuit, vid. Plin. hiſt. nat. XXXV, 10. ſ. 36. et Plut. Demetr. p. 1646. Inter opera Protogenis memorantur Ialyſus, Cydippe et Satyrus quieſcens, in quo poſtremo, tamquam *πάρεργον*, perdix tanta cum arte ad naturam erat expreſſa, vt magis quam ipſe Satyrus, ſpectantium oculos in ſe conuerteret. Quod cum intelligeret Protogenes, perdi-

ἔτεσι διατελῶν γράφων ἐξετέλεσεν. ὃν Ἀπελλῆς ἰδὼν, τὸ μὲν πρῶτον ἔστη ἄφωνος, ἐκπλαγεὶς ἐπὶ τῇ παραδόξῳ θέᾳ. εἶτα ἀπιδὼν ἔφη· Καὶ ὁ πόνος μέγας καὶ ὁ τεχνίτης, ἀπολείπεταί γε μὴν τῆς χειρουργίας ἡ χάρις, ἧς ὁ ἀνὴρ εἰ τύχοι, ὁ πόνος αὐτοῦ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσει.

ΚΕΦ. ΜΒ΄.

Περί τινων ἀνθρώπων ὑπὸ θηρίων τραφέντων.

Κῦρον τὸν Μανδάλης ἔθρεψε, φασι, κύων. Τήλεφον δὲ τὸν Αὔγης καὶ Ἡρακλέους, ἔλαφος. Πελίαν δὲ τὸν

perdicem detenuit, vid. et Strabo XIV, p. 374. In eo errauit Protogenes, quod a corrigenda pictura numquam retinere ſe ſciuit.

τον Ιαλυσον] Fuit hic nepos Solis, filius Cercaphi, a quo *Ialyſo*, vna ex tribus antiquiſſimis inſulae Rhodi vrbibus (de quibus vid. ad III, 17.) eſt nominata Ιαλυσος, ſicut reliquae a duobus eius fratribus *Camirus* et *Lindus*.

ετεσι διατελων γραφων εξετ.] Sic Sluisk. et ſane graece dictum; ſed Lugd. et reg. ετεσι διαζωγραφων εξετ. quod, vt rarius et corruptioni obnoxium Periz. praeferre videtur.

απιδων] Sic Mſti. Scheff. vult απιων, abiens, quod placet Perizonio. Sed vertendum απιδων, *auertens* iam ſe a tabula et *intuitus* adſtantes; quod et retinet Io. Kuhn.

ψαυσει] Mauult et Perizon. ψαυσαι Fabri, vt ſupra XI, 9. κατεζησαι. Io. Kuhn. praefert vulg.

Μανδαλης] Sic Mſti. Herodot. tamen, Diodor. et Valer. Max. *Mandanen* vocant Cyri matrem. Promiſcuus erat apud veteres literarum L et N vſus; ſic idem erat Labynitus et Nabonidus, nomen regium apud Babylonios. Niſi noſtrum ex facili lapſu inter N et Λ ortum putare malumus. Ceterum Cyrum, Aſtyagis aui ſui iuſſu, expoſitum eſſe ab Harpago et a paſtore repertum, ex fabuloſa Herodoti narratione conſtat.

Αυγης] Hygin. fab. 99. ſſ. 252. Apollod. III, 9. Auge Alei, fratris Steneboeae, Proeti vxoris (quae Bellerophontem amauit) filia fuit, et ab Hercule compreſſa.

Πελιαν] Vid. Apollod. I, 9. 8. Erat frater Nelei et Aeſonis, qui erat pater Iaſonis, cui plures labores impoſuit Pelias, vid. Heſ. εργ. 994. Filiarum eius vna erat Alceſtis, vxor Admeti, vid. Hom. Il. β΄, 714. ſſ. Tyro filia erat Salmonei, vid. Hom. Od. λ΄, 235.

Digitized by Google

τὸν Ποσειδῶνος καὶ Τυρῶς, ἵππος· Ἀλλὰ καὶ τὸν Ἀλόπης Ἀλέξανδρον τὸν Πριάμου ὑπὸ ἄρκτου. Φασὶ τραφῆναι. Αἴγισθον δὲ τὸν Θυέστου καὶ Πελοπίας, ὑπὸ αἰγός.

ΚΕΦ. ΜΓ΄.

Τίνες ἐξ ἀσήμων περιφανεῖς γεγόνασι.

Ἀχρεῖον ἀκούω τὸν Ὑστάσπου φαρετροφόρον Κύρου γενέσθαι. ὁ δὲ τελευταῖος Δαρεῖος ὑπὸ Ἀλεξάνδρου νικη-

Ἀλόπης] Male id a pluribus erat ſeparatum et cum poſterioribus coniunctum; bene ergo diſtinxit et explicauit Leopardus. *Alope* Cercyonis erat filia, qui a Pauſ. Att. et Gell. XV, 21. Neptuni filius dicitur, ſed ab Hygin. 187. alibique Vulcani. Alopes autem filius erat *Hippothous*.

Ἀλέξανδρον] Expoſitus erat Alexander vel Paris infans in Ida monte, iuſſu Priami, atque ibi per quinque dies enutritus ab vrſa, quod quum animaduerteretur a paſtore, qui eum acceperat exponendum, ab illo ſublatus eſt denuo et educatus, vid. Apollod. III, 11. 5.

Αἴγισθον] Genitus eſt ille ex concubitu patris cum filia, et expoſitus atque inuentus dein a paſtoribus capreaeque ſubiectus, Hygin. fab. 87. 8.

Φαρετροφόρον] Ignobile nequiquam erat pharetram regis ipſius geſtaſſe; Darius enim inter ipſius Cyri agnatos fuit, adeo, vt Hyſtaſpes, pater Darii, fuerit frater patruelis Cyri. Geſtabat autem, vt videtur, pharetram potiſſimum in venatione, cui dediti erant Perſae, et maxime Cyrus. Deinde vero fuit Darius quoque inter Cambyſis *δορυφόρους*, vid. Herod. III, 139. ſicut inter Alexandri Oxathres, Darii Codomanni frater. Ceterum *pharetrophorus* apud Perſas idem fere erat, quod apud Europaeos *armiger*. Perſae enim multum et perite vtebantur arcu. Erant autem *pharetrae* veterum breues et apertae, vnde ideo ſagittae eminebant extrema parte, ſed et ipſe arcus iis inſerebatur aliquando. Antiquiſſimis temporibus clauſae fuerunt, vnde Homericum *ἀμφηρεφὴς φαρέτρη*, *undique tecta*.

θεὶς, δȣλος ἦν. Ἀρχέλαος δὲ ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς δȣλης υἱὸς ἦν τῆς Σιμίχης.

Μενέλαος ὁ Φιλίππȣ πάππος εἰς τȣς νόθȣς ἐτέλει. ὁ δὲ τȣτȣ υἱὸς Ἀμύντας, ὑπηρέτης Ἀερόπȣ, καὶ δȣλος ἐπεπίστευτο. Περσεὺς δὲ, ὃν καθεῖλε Παῦλος ὁ Ῥωμαῖος, Ἀργεῖος μὲν γένος ἦν, ἀδόξȣ δὲ τινος υἱός. Εὐμένης δὲ πατρὸς ἀπόρȣ καὶ τυμβαύλȣ πεπίστευται γενέσθαι. Ἀντίγονος ὁ Φιλίππȣ, ὁ καὶ ἑτερόφθαλμος, καὶ ἐκ τȣτȣ Κύκλωψ προσαγορευθεὶς, αὐτȣργὸς ἦν· Πολυσπέρχης δὲ ἐλῄστευε. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὁ τȣς βαρβά-

δȣλος ἦν] Repoſuit hoc Perizon. cum Scheff. pro vulgari δȣλης ἦν, ex Sluisk. reg. 3. et Med. 2. et interpretatur de ciue regi ſubiecto; omnes enim Perſae, excepta regina, habebantur pro ſeruis regum; mavult tamen ex Lugd. et reg. 2. δημȣ ἦν legi. Heſych. δημȣ ἄνδρα, δημότην α. *vulgarem, plebeium hominem*, Hom. Il. β, 198. Sicut enim traditur, v. c. apud Curt. X, 5. 23. Darium genitum eſſe ex illuſtri Siſygambi, Artaxerxis Mnemonis, vel potius eius fratris filia; alii tamen putant, Darium hunc non fuiſſe ex regia gente, v. c. Strabo XV. extr. Ceterum Perizonii coniecturam probat Cl. Kuhn. Vulg. retinet Io. Kuhn. intell. *υἱος*.

Ἀρχελαος] Hic vere *ancillae* fuit ſeruientis apud Alcetam, patruum Archelai. Nam pater eius fuit Perdiccas, qui rex dein exſtitit Macedonum, et cui ſucceſſit Archelaus, vid. Plat. Gorg.

Μενελαος] Erat filius Amyntae, regis Macedonum, tempore Darii Hyſtaſpis, vid. Iuſtin. VII, 4. et pater Amyntae, ex quo Philippus, pater Alexandri, ortus. Regno autem excluſus videtur Menelaus, quia nothus fuit, neque filius eius Amyntas regnum accepit hereditaria ſucceſſione, ſed per vim, occiſo Pauſania, proximo rege, Aeropi filio. Sed et ideo tam humili ſpecie ac fortuna educatus fuit ille Amyntas, vt etiam *ſeruus crederetur*, vt ait Noſter.

Αεροπȣ] Aeropus tempore Ageſilai rex fuit Macedonum ante hunc Amyntam, occiſo pupillo ſuo, Oreſte, Archelai regis filio, ſed viciſſim ab Amynta occiſus eſt Aeropi filius Pauſanias, poſtquam per vnum regnarat annum, vid. Diod. XIV.

αδοξȣ δε τινος] *Perſeus*, Philippi filius, ex vulgari puella, ex Gnathaenio, vt Plut. Arat. extr. ait, quadam ſartrice genitus eſt, et Liv. XXXIX, 53. Ceterum quidam eum ab alio genitum et Philippo patri ſuppoſitum eſſe arbitrantur.

αυτȣργος ἦν Πολυσπ.] Sic Mſti, et recte; Vulg. αυτ. ἦν Πολυ-

Digitized by Google

βαρβάρους καταναυμαχήσας, καὶ μόνος συνιεὶς τὰς τῶν θεῶν ἐν τοῖς χρησμοῖς φωνάς, Θεμίστοκλης υἱὸς ἦν, καὶ ἐκαλεῖτο ἡ μήτηρ αὐτοῦ Ἀβρότονον. Φωκίων δὲ, ὁ Χρηστὸς ἐπικληθεὶς, πατρὸς μὲν δοίδυκας ἐργαζομένου ἦν. Δημήτριον δὲ, τὸν Φαληρέα οἰκότριβα γενέσθαι λέγουσιν ἐκ τῆς οἰκίας Τιμοθέου καὶ Κόνωνος. Ὑπερβόλου δὲ καὶ Κλεοφῶντος, καὶ Δημάδου, καί τοι προστατῶν

Πολυσπέρχου καὶ ελησευε, quod et historiae repugnat. Antigonus enim ſemper in exercitu Alexandri, et poſt eius mortem in maiori dignitate fuit, quam Polyſperchon, cuius ingenium crudele et perfidum a latrocinantis vita minus abhorrebat.

μονος συνιεις] Reſpicit hiſtoriam Themiſtoclis, interpretantis feliciter oraculum *de diuina Salamine* et *muris ligneis*, in quo reliqui Athenienſes haerebant vehementer. Ille vero promittebat iis victoriam ad Salamina, ſi in naues, h. e. muros ligneos ſe conferrent, vid. Herodot. VII, 142. ſſ. Polyaen. I, 30.

Αβροτονον] Nomen hoc fuit herbae, v. Plin. hiſt. nat. XXI, 21. Hinc ergo mulieribus inditum, vid. Plut. Themiſt. et Athen. XIII, 5. vbi mater Themiſtoclis ſic dicitur. Quamquam alii ei matrem tribuunt Halicarnaſſeam; ſic Nep. et Plut. d. l.

δοιδυκας εργαζ.] Reiicit hoc Plutarchus, quod Glaucippus, Hyperidis filius, qui omnia contra Phocionem collegit, illud tamen praetermiſit.

Δημητριον] Vid. Laert. Demetr. Perizon, tamen putat legendum οικοτριβος, vt ita ipſius pater Phanoſtratus fuerit οικοτριψ εκ της οικιας Τιμ. etc.

Υπερβολου] Plebeius hic erat homo, λυχνοποιος et λυχνοπωλης, Schol. ad Ariſtoph. Equit. et Nub. Sed ſimul turbulentiſſimus demagogus, vnde paſſim ab Ariſtoph. et aliis comicis exagitatus illo nomine fuit. Celeber eſt maxime ex eo, quod vltimus omnium relegatus eſt per oſtraciſmum, qui tamen oſtraciſmus credebatur dehoneſtatus, quia tam vilis et improbus homo fuerat eo adfectus vel honeſtatus, atque ideo abrogatus deinde eſt, quum inſtitutus fuiſſet, vt homines tantum illuſtres et meritis ſuis potentes, atque ideo periculoſi publicae libertati, illud exilium paterentur, vid. Plut. in Nicia. In hoc exilio interfectus eſt a Samiis, Thuc. VIII, 73.

Κλεοφωντος] Et hunc ludit ſaepe Ariſtophanes, tamquam barbarum, *cuius in garrulis labiis vehementer ſtrepat Thracia hirundo, quaſi in barbaro ſedens folio*. Ran. extr. et Iſocr. in orat. *de pace*, vnde liquet, hos duos non fuiſſe principes in rep., ſed demagogos populares et illuſtres ſaepe accuſaſſe viros.

Δημαδου] Eius tenuitatem ac dein

τῶν γενομένων τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, οὐδεὶς ἂν εἴποι ῥᾳδίως τοὺς πατέρας. Καλλικρατίδας γε μὴν, καὶ Γύλιππος, καὶ Λύσανδρος ἐν Λακεδαιμονίᾳ Μόθακες ἐκαλοῦντο. ὄνομα δὲ ἦν ἄρα τοῦτο τοῖς τῶν εὐπόρων, οὓς συνεισέπεμπον αὐτοῖς οἱ πατέρες συναγωνιουμένους ἐν τοῖς γυμνασίοις. ὁ δὲ συγχωρήσας τοῦτο Λυκοῦργος, τοῖς ἐμμείνασι τῇ τῶν παίδων ἀγωγῇ πολιτείας Λακωνικῆς μεταλαγχάνει. καὶ Ἐπαμινώνδας δὲ πατρὸς ἦν ἀφανοῦς. Κλέων δὲ ὁ Σικυωνίων τύραννος, καταποντιστὴς ἦν.

ΚΕΦ.

dein opulentiam vid. ap. Plut. Phoc.

Καλλικρατίδας κ.τ.λ.] Clariſſimi hi fuere inter Spartanos duces exercituum, eiusdem fere temporis. De Callicratide vid. Plut. apophth. lac. Cic. Offic. I, 24. Xen. hiſt. graec. I. Gylippus vicit Athenienſes in Sicilia, ſubſidio miſſus Syracuſanis.

εν Λακεδαιμονια] Sic Lugd. Sluisk. εν Λακεδαιμονι, Med. 1. εκ Λακεδαιμονος.

Μοθακες] Fuerunt liberi homines ex oppidis haud dubie, Laconicae reip. ſubiectis, qui Spartanorum filiis iungebantur perpetui eorum comites et ſodales, etiam in gymnaſticis exercitiis, vid. Athen. VI, c. 20. Alii eos adpellant Μοθωνας, ſic Harpocration, Heſych., Suid. aliique, ſine dubio a Μοθωνη oppido Laconicae. Vid. et not. ſeq.

τουτο τοις των ευπορων] Varie haec tentarunt eruditi. Caſaub. ad Athen. interferit παιδων δυλοις καμινον, Meurſ. τ. τ. ευπ. παιδων δυλοις, ὡς. Kuhn. hic nil mutat, ſed in ſeqq. legit pro αυτοις, αυτων τοις παισι. Perizon. excidiſſe vult hic vocem παιδαγωγοις propter ſequ. τοις εμμειν. τη των cet. et male δυλοις hic interſeri putat, quum locus manendi ſuo ſcil. arbitrio, minime conueniat in ſeruos. Imo μοθακες fuerunt liberi homines, certe primitus, at poſtea vernae etiam ad hunc vſum adhibiti videntur, quum Grammatici Μοθακας dicant δυλυς. Equidem huic Periz. coniecturae ſubſcribam.

μεταλαγχανει] Rarus huius Verbi eſt concedendi ſignificatus. Quare Ienſius, Perizonio adſentiente, vult interſeri συνεχωρησε, et ita legi, ὁ δ. σ. τ. Λ., συνεχωρησε — — μεταλαγχανειν, conceſſit illis, — vt reipubl. participes dein fierent.

πατρος ην αφανους] Nepos: honeſto, ait, genere ortum, ſed pauperem a maioribus relictum. — Nomen eius erat Polymnis.

Κλεων] Fuit inter vltimos Sicyoniorum tyrannos, paullo ante tempora Arati, qui patriam tyrannide liberauit. Vid. Plut. Arat. et Pauſ. Corinth. 8. Alius fuit Cleon in Aſia minore, tempore Antonii et Auguſti, itidem ex praedone opulentiſſimus

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΔʹ.

Περὶ τῶν ἐν λιθοτομίαις τῆς Σικελίας πολὺν χρόνον διατριψάντων.

Αἱ ἐν Σικελίᾳ λιθοτομίαι περὶ τὰς Ἐπιπολὰς ἦσαν σταδίου μῆκος, τὸ εὖρος δύο πλέθρων. ἦσαν δὲ ἐν αὐτῷ τοῦ χρόνου τοσοῦτον διατρίψαντες ἄνθρωποι, ὡς καὶ γεγαμηκέναι ἐκεῖ, καὶ παιδοποιῆσαι. καί τινες τῶν παίδων ἐκείνων, μηδεπώποτε πόλιν ἰδόντες, ὅτε εἰς Συρακούσας ἦλθον, καὶ εἶδον ἵππους ὑπεζευγμένους, ἔφευγον βοῶντες. οὕτως ἄρα ἐξεπλάγησαν. τὸ δὲ κάλλιστον τῶν ἐκεῖ σπηλαίων ἐπώνυμον ἦν Φιλοξένου τοῦ ποιητοῦ, ἐν ᾧ φασι διατρίβων τὸν Κύκλωπα εἰργάσατο, τῶν ἑαυτοῦ μελῶν τὸ κάλλιστον· παρ' οὐδὲν θέμενος τὴν ἐκ Διονυ-

mus ſacerdos et dynaſta, de quo Strab. XII, p. 574.

Λιθοτομιαι] Celebres hae fuerunt lapicidinae Syracuſanorum, propr. λατομιαι dictae, et pro carcere adhibitae, licet olim non fuerint tectae. Nam homines in iis expoſiti erant ſoli et pluuiae, aeſtui et frigori, propterea quod apertae erant, vid. Thucyd. VII, vit. et tamen tutiſſima cuſtodia, v. et Cic. Verr. V, c. 27. Quod autem Cic. l. c. cap. 55. dicit, *carcer ille — a Dionyſio factus* — quum iam antea aliquot millia Athenienſium fuiſſent a Syracuſanis demiſſa. Locus quidem erat profundus et multos capere poterat homines, ſed tamen demum a Dionyſio magis in formam carceris idoneam redactus et in varias cellas diuiſus, exciſis quotidie per captiuos pluribus lapidibus. Illud vero exemplum alii quoque ſecuti ſunt reges vel tyranni, vid. Cic. l. c. Romani etiam ſuum carcerem adpellarunt lautumias, ex Graeco λατομιας, haud dubie, quia et ipſe ex Capitolino monte ex parte erat exciſus, vid. Liv. XXVI, 27.

Επιπολας] Quinta pars vrbis Syracuſanae dicebatur Επιπολαι.

ειδον ιππους] Sluisk. reg. 3. Med. 3. addunt και βοας ελαυνομενας, quod receperunt etiam Abr. Gron. et Baſil.

Φιλοξενου] Satyrici. Fabula eius, *Cyclops*, agebat de eo, amante Galateam et pſallente, ſed iſto nomine deſignabat tacite Dionyſium ipſum, qui Philoxenum in lapicidinas deieciſſe fertur, quod carmina eius laudare nollet.

Digitized by Google

Διονυσίου τιμωρίαν, καὶ καταδίκην, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ συμφορᾷ μουσουργεῖ ὁ Φιλόξενος.

ΚΕΦ. ΜΕ'.

Περὶ Μίδου, Πλάτωνος, καὶ Πινδάρου, νηπίων.

Φρύγιοι καὶ ταῦτα ᾄδουσι λόγοι. Μίδου τοῦ Φρυγὸς ἔτι νηπίου καθεύδοντος, μύρμηκες εἰσέρπειν εἰς τὸ στόμα, καὶ πάνυ φιλοπόνως καὶ φιλέργως ἐσφέρειν τοὺς πυρούς. Πλάτωνος δὲ μελίττας εἰς τὸ στόμα κηρίον ἐργάζεσθαι. καὶ Πινδάρῳ τῆς πατρῴας οἰκίας ἐκτεθέντι μέλιτται τροφοὶ ἐγένοντο, ὑπὲρ τοῦ γάλακτος παρατιθεῖσαι μέλι.

ΚΕΦ. ΜϚ'.

Περὶ σημείου μοναρχίαν τῷ Διονυσίῳ δηλώσαντος.

Διονύσιον δὲ τὸν Ἑρμοκράτους λέγουσι ποταμὸν διαβαίνειν·

μουσουργει] Scheffer. cum Med. 3. *μουσουργων*, Fab. *εμουσουργει*, illud tamen melius reſpondet praecedenti *παρ' ουδεν* etc.

Μιδου] De eo vid. ad III, 18 in. Fabulam hanc narrat etiam Cic. Diuin. I, 36. II, 31. Val. Max. I, 6.

Πλατωνος] Hoc prodigium vid. ſupr. X, 21. et Cic. Val. Max. dd. ll.

Πινδαρῳ της πατρ.] Philoſtr. icon. II. refert, a patre puerum in lauri et myrti ramis depoſitum, et ita tunc aduolaſſe apes. Pauſanias in via dormienti id accidiſſe refert. Videtur Noſter errauiſſe, et Pindarus tantum quodam caſu depoſitus a parentibus ſub dio, non expoſitus, vt Plato X, 21. Simile quid refert Iuſtin. XXIII, 4. de Hierone Syracuſano.

παρατιθεισαι] Sic Sluisk. pro vulg. *παρατεθ.*, quod reſpuit ſenſus.

Ἑρμοκρατους] *Ονηλατην*, *agaſonem* oportet fuiſſe hunc Hermocratem, ſiquidem talis viri filium fuiſſe Dionyſium ait Helladius apud Photium. Et hinc Iſocr. or. ad Phil. Dionyſium

Digitized by Google

κειν· ἔφερε δὲ αὐτὸν ἵππος, καὶ ὁ μὲν ἵππος κατὰ τοῦ τέλματος ὠλίσθανεν· ὁ δὲ ἀποπηδήσας, τῆς ὄχθης ἐλάβετο, καὶ ἀπῄει, ὡς οὐκ ἔτι τὸν ἵππον ὄντα αὐτοῦ ἀπολιπών. ὁ δὲ ἠκολούθησε, καὶ χρεμετίσαντος ὑπέστρεψεν αὐτόν, καὶ ἐκεῖνος ἐλάβετο αὐτοῦ τῆς χαίτης, καὶ ἔμελλεν ἀναβαίνειν, καὶ τῇ χειρὶ αὐτοῦ περιπίπτει μελιττῶν πλῆθος. ἔφασαν οὖν οἱ Γαλεῶται πρὸς τὸν Διονύσιον ἐρόμενον ὑπὲρ τούτων, ὅτι ταῦτα μοναρχίαν δηλοῖ.

ΚΕΦ. ΜΖʹ.

Περὶ Ἀριστομάχης, Δίωνος γυναικός.

Διονύσιος ἐλαύνει τῆς Σικελίας Δίωνα, τὴν δὲ γυναῖκα αὐτοῦ Ἀριστομάχην καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ παῖδα ἐφύλαττεν. ὕστερον

nyſium *πολίτην*, *plebeium inter Syracuſanos, et genere et gloria et aliis rebus* dicit. Alterius Hermocratis Syracuſani, viri nobiliſſimi, qui Athenienſes vicit in Sicilia, filiam dein duxit vxorem idem Dionyſius, vid. Diod. XIII. Cic. de Diuin. I, 33. Plin. VIII, 42.

χρεμετισαντος] Duriſſima ſane conſtructio! Alii ideo volunt ex Med. 3. *χρεμετισας*, quod etſi facilius intellectu eſt, tamen id recipere dubitauerim, quum vulgatum non plane ab vſu Graecae linguae abhorrere videatur. Dici enim poteſt *χρεμετισαντος*, vt ſit Participium abſolutum et Subiectum Verbi ſequentis. Sluisk. vt et regg. *χρεμετισαντα*, vbi tamen ſecunda manus addidit lit. *ς*. Lugd. *χρεμετισαν* cum *ς* ſupraſcripto. Ceterum locum acutius videntibus diiudicandum relinquo.

Γαλεωται] Vates erant Γαλεοι et Γαλεωται in Sicilia ſic dicti. Habitabant maxime in oppido Hyblae, Galeotis inde dictae. Cic. d. l. Graeci et belluam marinam, quae frequens erat apud Siciliam, ſic vocant. Strab. I. vt et ſtellionem.

Αριστομαχην] Nil mutant Mſti. Quare non dubitat Periz., quin auctor in his feminis errauerit. Certe enim Nepos, Plutarch. aliique Dionis ſororem eamdemque Dionyſii maioris vxorem *Ariſtomachen* vocant, at Dionis vxorem et Dionyſii ex illa filiam *Areten*. Sed et ipſe Noſter XIII, 10. Dionis ſororem *Ariſtaeneten* adpellat, haud dubie pro *Ariſtomachen*.

Digitized by Google

ὕϛερον δὲ τὴν γυναῖκα ἔκεσαν δορυφόρῳ αὐτᾶ πάντων μάλιϛα θεράπευτῇ Πολυκράτει γυναῖκα δίδωσι· Συρακούσιος δὲ τὸ γένος ἦν. Δίων δὲ παραλαβὼν Συρακούσας, ἀποδράντος εἰς Λοκρὲς Διονυσίου, ἐνταῦθα ἡ μὲν Ἀρήτη ἡ τοῦ Δίωνος ἀδελφὴ προσεῖπεν αὐτόν. ἡ δὲ Ἀριϛομάχη εἵπετο, δι' αἰδῶς ἐγκαλυπτομένη, καὶ οὐ τολμῶσα προσειπεῖν ὡς ἄνδρα, ἐπεὶ βιασθεῖσα τὸν θεσμὸν τῆς πρὸς αὐτὸν εὐνῆς οὐ διεφύλαξεν. ἐπεὶ δὲ ὑπὲρ αὐτῆς ἀπελογήσατο ἡ Ἀρήτη, τὴν ἐκ τοῦ Διονυσίου ἀνάγκην καταλέξασα, ὁ Δίων προσηγάγετο τὴν γυναῖκα καὶ τὸν παῖδα, καὶ εἰς τὴν οἰκίαν ἔπεμψεν.

ΚΕΦ. ΜΗ'.

Περὶ τῶν Ὁμήρου ποιημάτων.

Ὅτι Ἰνδοὶ τῇ παρὰ σφίσιν ἐπιχωρίῳ φωνῇ τὰ Ὁμήρου μεταγράψαντες ᾄδουσιν οὐ μόνοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Περσῶν βασιλεῖς, εἴ τι χρὴ πιϛεύειν τοῖς ὑπὲρ τούτων ἱϛοροῦσι.

ΚΕΦ. ΜΘ'.

Ὅτι ἀμνησίκακος ὁ Φωκίων.

Φωκίων ὁ τοῦ Φώκου, πολλάκις ϛρατηγήσας, κατεγνώσθη θανάτῳ, καὶ ἦν ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, καὶ ἔμελλε πιεῖσθαι τὸ κώνειον. ἐπεὶ δὲ ὤρεξεν ὁ δήμιος τὴν κύλικα, οἱ προσήκοντες ἤροντο, εἴ τι λέγοι πρὸς τὸν υἱόν; ὁ δὲ, ἐπι-

Πολυκράτει] Plut. in Dion. eum adpellat *Timocratem*.

Ὅτι Ἰνδοὶ] Vid. idem de iis apud Dion. Chryſoſt. orat. de Homero, et de Perſis ap. Athen. XIV, c. 8.

τοις ὑπερ τουτων ιϛ.] ſcil. Indων και Περσων, ac fortaſſe auctor reſpexit *Cteſiam*, qui *Indica* et *Perſica* ſcripſit, et Dinonem; vid. ſupra VII, 1.

Ὤρεξεν ὁ δημιος] Conferri poteſt cum hac Phocionis morte illa Socratis apud Platon. in Phaed. extr.

Digitized by Google

ἐπισκήπτω αὐτῷ, μηδὲν Ἀθηναίοις μνησικακῆσειν ὑπὲρ τῆς παρ' αὐτῶν φιλοτησίας, ἧς νῦν πίνω. ὅς τις δὲ ἐκ ἐπαινεῖ καὶ ὑπερθαυμάζει τὸν ἄνδρα, δοκεῖ μοι μέγα ὁ τοιῦτος ἐννοεῖν ἐδέν.

ΚΕΦ. Ν'.

Περὶ Λακεδαιμονίων μὴ ἐσπεδασμένως περὶ παιδείας ἐχόντων.

Λακεδαιμόνιοι μυσικῆς ἀπείρως εἶχον. ἔμελε γὰρ αὐτοῖς γυμνασίων, καὶ ὅπλων. εἰ δέ ποτε ἐδεήθησαν τῆς ἐκ Μυσῶν ἐπικυρίας, ἢ νοσήσαντες, ἢ παραφρονήσαντες, ἢ ἄλλο τι τοιῦτον δημοσίᾳ παθόντες, μετεπέμποντο ξένες ἄνδρας, οἷον ἰατρὲς, ἢ κατὰ Πυθόχρηστον. μετεπέμψαντό γε μὴν Τέρπανδρον, καὶ Θάλητα, καὶ Τυρταῖον, καὶ τὸν Κυδωνιάτην Νυμφαῖον, καὶ

Οἷον ἰατρὲς, ἢ —] Delere vult Perizon. illud ἢ, et omnia coniungere, quod et probat Cl. Meinecke; nec male, etſi non contradixerim Cl. Kuhnio, illud ἢ lacunam indicare putanti. Cur autem hic τὸ ἰατρὲς proprio velit accipi ſenſu, nec alios, quam ipſos medicos indicare, neſcio; quum in Terpandrum ſeditionis ſedandae et Tyrtaeum rei militaris reſtituendae cauſa inuitatum a Lacedaemoniis nomen ἰατρὲς optime quadret, ac bene vertat Perizonius: *arceſſiuiſſe peregrinos*, vt muſicos et poetas, *tamquam medicos*, idque ex oraculo Apollinis.

Τέρπανδρον] *Terpander* hic fuit patria Lesbius, ex oppido Antiſſa. Vixit vel tempore Lycurgi ipſius, cuius leges in metrum redegiſſe et cantilenas dicitur a Clem. Alex. vel paullo poſt. Vid. Plut. de Muſica.

Θάλητα] Promiſcue ſcribitur Θάλης, Acc. Θάλητα et Θαλήτας, Accuſ. Θαλήταν. Ceterum hic *Thaletas* Gortynius ex inſula Cretae fuiſſe dicitur, et ſerior Terpandro et Archilocho, ſed non multum. Adhibitus fuit a Lacedaemoniis, ex oraculo, ad peſtilentiam muſica ſedandam.

Τυρταῖον] *Tyrtaeus*, poeta, claudus pede, Athenienſis, qui Lacedaemoniis in bello Meſſeniaco iam deſpondentibus, et oraculi Delphici reſponſo ducem ab Athenienſibus petentibus, carminibus ſuis animum reſuſcitauit, vid. Pauſan. Meſſ. 15. et 18. Iuſtin. III, 5.

Κυδωνιάτην Νυμφαῖον] Non cogni-

καὶ Ἀλκμᾶνα, αὐλῳδὸς γὰρ ἦν. καὶ Θουκυδίδης δὲ ὁμολογεῖ, ὅτι μὴ ἐσπουδασμένως περὶ παιδείας εἶχον, ἐν οἷς λέγει περὶ Βρασίδου. λέγει γοῦν, ὅτι ἦν ἀδύνατος εἰπεῖν ὡς Λακεδαιμόνιος, οἷον ὡς ἂν ἰδιώτης.

ΚΕΦ. ΝΑ΄.

Περὶ τοῦ τύφου Μενεκράτους, καὶ πῶς ὁ Φίλιππος ἐγέλασεν αὐτόν.

Μενεκράτης ὁ ἰατρὸς εἰς τοσοῦτον προῆλθε τύφου,

ὥστε

cognitus eſt Nymphaeus Cydoniates. Cydon vrbs erat Cretae. — Addit hic Periz. ex Theopompo *Bacin* Arcadem, qui item ex oraculo Apollinis Lacaenas furentes luſtrauit ſanauitque. Fuit is *εκ πολεως Καφυης και εκαλειτο Κυδας*, vid. Suid. in *Βακις*. Quare nullus dubitat Periz., quin etiam hic pro *Κυδων Νυμφ.*, qui ignotus plane eſt, legendum ſit *Κυδας ὁ Καφυευς*, h. e. Bacis ille *Κυδας* dictus, et ex oppido Arcadiae *Caphya* ortus.

οιομενος] Eſt Nominatiuus Particip. abſolutus.

Digitized by Google

τὸ ὑπὲρ ἑαυτοῦ μέλος. οἱ δὲ τὸ πτερὸν ἀπολύσαντες ἅπαξ, καὶ ἐλευθερίαν λαβόμενοι, καὶ ἐς ἤθη τὰ σύντροφα αὐτοῖς ἐλθόντες, τὰ οἰκεῖα ᾖδον, καὶ τὰ τῶν ὀρνίθων ἐμυσάττοντο, μακρὰ χαίρειν εἰπόντες Ἄννωνι, καὶ μαθήμασι τοῖς ἐν τῇ δουλείᾳ.

ΚΕΦ. ΛΑʹ.

Περὶ Πτολεμαίου Τρύφωνος ἐπικαλουμένου.

Πτολεμαῖος ὁ Τρύφων, (τοῦτο γὰρ αὐτὸν ἐκάλουν ἐκ τοῦ βίου,) γυναικὸς ὡραίας ἐντυχεῖν αὐτῷ βουλομένης, ὁ δὲ ἔφη, ἀπηγόρευσέ μοι ἡ ἀδελφὴ, παρὰ γυναικὸς καλῆς λόγον δέξασθαι. ἡ δὲ ἀτρέπτως πάνυ, καὶ ἐμμελῶς, παρὰ καλοῦ λάβοις ἄρ᾽, εἶπε. καὶ ἐκεῖνος ἀκούσας ἐπῄνεσε.

ΚΕΦ. ΛΒʹ.

Περὶ Τιμανδρίδου οὐκ ἐπαινέσαντος πλουτεῖν τὸν υἱόν.

Λακεδαιμόνιος ἀνὴρ, Τιμανδρίδας ὄνομα, ἀποδημήσας,

° Πτολεμ. Τρυφων] Teſte Plinio VII, 56. fuit hic Ptolemaeus Philopator, Euergetae filius, quartus rex Aegypti, qui Eurydicen, ſororem ſuam habuit vxorem, qua occiſa incenſus eſt amore Agathocleae, ignobilis cuiusdam feminae. Luxurioſior ſane multo erat, quam ſuperiores reges, quare ei bene conuenit cognomen, vid. Iuſtin. XXX, 1. Polyb. V, 34.

ατρεπτως] Sic Med. 3. et Camill. Peruſc. haud dubie ex Mſto, opportuno ſane ſenſu. Lugd. autem, regg. b. c. ατρεπτως, Sluisk. ατρεπτῳ; vid. et V, 6. nec male, ſed non neceſſe.

παρα καλȣ λαβοις αρ᾽] *A pulcro acciperes ſane* ſc. ſermonem. Quaſi diceret, *quid intereſt, vtrum colloquaris cum pulcra femina, an cum pulcro puero?*

Τιμανδριδας] Quando hic homo

σας, τὸν υἱὸν ἀπέλιπε μελεδωνὸν τῆς οἰκίας. εἶτα ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον, καὶ εὑρὼν τὴν οὐσίαν ποιήσαντα, ἧς ἀπέλιπε, πλείω, ἔφη, πολλοὺς ἀδικεῖσθαι ὑπ' αὐτοῦ θεούς τε, καὶ οἰκείους, καὶ ξένους. τὰ γὰρ περιττὰ τούτων εἰς ἐκείνους ἀναλίσκεσθαι ὑπὸ τῶν ἐλευθέρων. τὸ δὲ, ζῶντα μὲν φαίνεσθαι πένητα, τελευτήσαντα δὲ καταφωραθῆναι πλούσιον, ἀλλὰ τοῦτο τῶν ἐν ἀνθρώποις ἐστὶν αἴσχιστον.

ΚΕΦ. ΛΓ΄.

Περὶ Πλάτωνος καὶ Διογένους.

Διελέγετο ὑπέρ τινων ὁ Πλάτων, παρὼν δ' ὁ Διογένης ὀλίγον αὐτῷ προσεῖχεν. ἠγανάκτησεν οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ Ἀρίστωνος, καὶ ἔφη· Ἐπάκουσον τῶν λόγων, κύον. καὶ ὃς οὐδὲν διαταραχθεὶς, ἀλλ' ἐγὼ, εἶπεν, οὐκ ἐπανῆλθον ἐκεῖθεν ὅθεν ἐπράθην, ὥσπερ οἱ κύνες· αἰνιττόμενος αὐτοῦ τὴν εἰς Σικελίαν ὁδόν.

homo vixerit, incertum eſt; videtur tamen ſeriori vixiſſe aetate, quando iam opum vſus ac ſtudium inceſſit Lacedaemonios; de quo vid. paullo ante cap. 29.

τα γαρ περιττα τουτων] Pro *τουτων*, quia neſcit Perizonius, quo id referri poſſit, velit *τα βια*. Iac autem Gronou. *των οντων*. Sed non opus. Bene enim Io. Alberti ſupplet *χρηματων*, quod e praeced. *ουσιαν*, non inuſitata ellipſi huc referendum. Tale exemplum adfert Valcken. Sophocl. Trach. v. 260. *ερχεται πολιν την Ευρυτειαν, τον δε γαρ* (ſcil. *Eurytum*) *μεταιτιον μονον βροτων φασκει*.

Κυον] Vid. ad II, 11. init.

εκειθεν οθεν επρ.] Sic Herodian. I, 17. 4. Fabro teſte, *εκειθεν* pro *εκεισε*, vbi tamen Steph. voluit *εκεισε*. Sluisk. et Med. 1. hoc loco *εκειθ' οθεν*, quaſi voluiſſet auctor *εκειθι* vel *εκει τε*. *Εκει* verb et *εκειθι* notare etiam *illuc*, vid. II, 13 med. *και παρωσι δε αγωνιζ.* cet., ſicut et ſupra IV, 18. *εις Σικελιαν* et *εν Σικελια* promiſcue adhibetur. Similiter et Noſtri pro *nach Hauſe gehen* ſaepe dicunt *zu Hauſe gehen*. Sic in omnibus fere linguis plures locutiones a plebe ſola primum adhibitae, poſtea in linguam eruditorum et cultiorum paullatim receptae repe-

Digitized by Google

Εἰώθει δὲ, φασιν, ὁ Πλάτων περὶ Διογένους λέγειν, ὅτι μαινόμενος οὗτος Σωκράτης ἐστίν.

ΚΕΦ. ΛΔʹ.

Παρὰ τίνος ἔμαθον τὰ νόμιμα οἱ Αἰγύπτιοι, καὶ περὶ τῶν ἐκείνων δικαστῶν.

Αἰγύπτιοί φασι παρ' Ἑρμοῦ τὰ νόμιμα ἐκμουσωθῆναι. οὕτω δὲ καὶ ἕκαστοι τὰ παρ' ἑαυτοῖς σεμνύνειν προῄρηνται. δικασταὶ δὲ τὸ ἀρχαῖον παρ' Αἰγυπτίοις ἱερεῖς ἦσαν. ἦν δὲ τούτων ἄρχων ὁ πρεσβύτατος, καὶ ἐδίκαζεν ἅπαντας. ἔδει δὲ αὐτὸν εἶναι δικαιότατον ἀνθρώπων, καὶ ἀφειδέστατον. εἶχε δὲ καὶ ἄγαλμα περὶ τὸν αὐχέ-

giuntur; quod in Graeca potiſſimum adparet, omnemque quaeſtionem reddit inutilem.

την εις Σικελ. οδ.] Vid. ſupra ad III, 17 med. Plut. in Dion. Diog. Laert. in Plat. de ſecundo Platonis itinere in Siciliam. Perizon. pro ὁδὸν ſuſpicatur legendum ανοδον, vt ſaepius reperitur επανοδος.

Αιγυπτιοι φ. παρ' Ἑρμȣ] De his vid. XII, 4.

ȣτω δε κ. εκαςοι] Sic Mſti, et recte id tuentur Kuhn. et Perizonius contra Schefferum εκαςα legentem. Nam εκαςοι non Aegyptii modo ſunt, ſed ſinguli gentilium, qui ſuas leges plerumque ab aliquo deo acceptas ferebant; ita *Manes Mercurium*, ita *Minos Iouem*, *Lycurgus Apollinem*, *Zathrauſtes Bonum daemonem*, *Zamolxis Veſtam communem*, *Moſes deum* Ιαω *cognominatum*, *auctores legum dixerunt*, vt ait Diodor. Sic. I. vid. Liv. praef. et Cic. de diuin. paſſim.

δικαςαι] Sic apud Iſraelitas ante conſtitutos reges, quando non erat iudex extraordinarius, vid. *libr. iudicum*, tunc ſummus ſacerdos iudicabat, vt notum eſt de Eli, Samuele, 1. Sam. 4, 18. De maioribus noſtris vid. Tacit. Mor. Germ. c. 7. *ceterum neque animaduertere, neque vincire, ne verberare quidem niſi ſacerdotibus permiſſum, non quaſi in poenam, nec ducis iuſſu, ſed velut deo imperante.* Apud Romanos *faſti* et *nefaſti* dies, et pleraque ciuilis iuris in manu et cura pontificum fuerunt, Liv. IX, 46. Aliquando apud nonnullos populos reges ipſi, vel regibus dignitate proximi erant illi ſacerdotes.

ὁ πρεσβυτατος] Lugd. et Pariſ. b. c. πρεσβυτερος.

εχε δε αγαλμα] Diod. Sic. I, p.

Digitized by Google

αὐχένα ἐκ σαπφείρε λίθε, καὶ ἐκαλεῖτο τὸ ἄγαλμα Ἀλήθεια. ἐγὼ δὲ ἠξίουν, μὴ λίθε πεποιημένην καὶ εἰκασμένην τὴν ἀλήθειαν περιφέρειν τὸν δικαστὴν, ἀλλ' ἐν αὐτῇ τῇ ψυχῇ ἔχειν αὐτήν.

ΚΕΦ. ΛΕʹ.

Περὶ Λαΐδος.

Ὅτι Λαῒς καὶ Ἀξίνη ἐκαλεῖτο. ἤλεγχε δὲ αὐτῇ τὸ ἐπώνυμον τῦτο τὴν τῦ ἤθυς ἀγριότητα, καὶ ὅτι πολὺ ἐπράττετο, καὶ ἔτι μᾶλλον παρὰ τῶν ξένων, ἅτε ἀπαλλαττομένων θᾶττον.

ΚΕΦ. Λϛʹ.

Ὅτι γελοῖοι οἱ διὰ τὺς πατέρας μέγα φρονῦντες.

Γελᾷν δὲ ἔξεστιν ἐπὶ τοῖς μέγα φρονῦσι διὰ τὺς πατέρας, καὶ τὺς ἄνω τῦ γένυς, ἐπεὶ Μαρίυ μὲν τὸν πατέρα ὐκ ἴσμεν, αὐτὸν δὲ θαυμάζομεν διὰ τὰ ἔργα. καὶ Κάτωνα δὲ, καὶ Σέρβιον, καὶ Ὀσίλιον, καὶ Ῥωμύλον.

P 3 ΚΕΦ.

I, p. 68. catenam dicit auream. Illud autem ſimulacrum, ait, ex collo ſuſpendebat, quoties lites diſceptari inciperent. Congruens huic Aaroni erat pectorale iudicii et iuris apud Iudaeos, ornatum gemmis, ſuſpenſum catenis ante pectus, inque eo *Vrim* et *Thummim*, quod poſterius Graeci vertunt την αληθειαν. Vid. Exod. 28, 30. Pro περι τον αυχ. quod Sluisk. et regg. a. c. habent, leg. Lugd. et reg. b. προς τ. α.

Ὅτι] Vid. ſupra XII, 5. et not. In Lugd. et reg. b. abeſt hoc caput.

Ἀξινη] Vid. ad l. c. Paullo poſt αυτῃ, vt Sluisk., pro quo l. c. αυτης. Ad ſenſum vtrumque idem eſt.

Γελᾳν δε εξεστι] Vid. ſupra XII, 6.

και Σερβιον] Sic Lugd. et reg. b., praeferentibus id Scheffero, Kuhn. et Perizon. Vulgat. Σερβιλιον. Seruius Tullius eſt ſextus Rom. rex, ſerua

ΚΕΦ. ΛΖ.

Περὶ ἀγαλμάτων καὶ εἰκόνων.

Φιλῶ δὲ μηδὲ τὰ ἀγάλματα, ὅσα ἡμῖν ἡ πλαστικὴ δείκνυσι, μηδὲ τὰς εἰκόνας ἀργᾶς ὁρᾷν. ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφὸν, καὶ ἐν τούτοις. καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναταί τις καταγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο· τῶν Μουσῶν οὐδεὶς οὐδέποτε, οὔτε γραφικὸς ἀνὴρ, οὔτε πλαστικὸς, οἷός τε ἐγένετο ψευδίσασθαι, καὶ κίβδηλα, καὶ ἀλλότρια τῶν Διὸς θυγατέρων τὰ εἴδη παρασῆσαι ἡμῖν. ἢ τίς οὕτως νεανικῶς ἐμάνη δημιουργὸς, ὥστε ὡπλισμένας ἡμῖν ἐργάσασθαι; ὁμολογεῖ δὲ τοῦτο, ὅτι δεῖ τὸν ἐν Μούσαις βίον εἰρηνικόν τε ἅμα καὶ πρᾷον εἶναι, καὶ ἄξιον ἐκείνων.

ΚΕΦ. ΛΗ.

Περὶ Ἐπαμινώνδου καὶ Πελοπίδου.

Ἐπαμινώνδου τοῦ Θηβαίου πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα καλὰ οἶδα, ἐν δὴ τοῖς καὶ τόδε. ἔλεγε πρὸς Πελοπίδαν, μὴ προτε-

ſerua natus, Liv. I paſſim. Senec. epiſt. 108. *De Seruii matre dubitatur*. De Tullo Hoſtilio Val. Max. III, 4. 1. *incunabula Tulli Hoſtilii agreſte tugurium cepit, eiusdem adoleſcentia in pecore paſcendo fuit occupata*. Liv. tamen et Diod. Halic. *illuſtri genere ortum tradunt*. Ceterum maior in verbis καὶ Κατ. — Ῥωμ. eſt ellipſis, καὶ Κατωνα — — θαυμαζομεν, πατερας δε αυτων ουκ ισμεν.

Εστι γ. τ. τ. χ. σοφον] *Eſt enim artibus manuariis eruditum quoddam, quod obſeruatu dignum eſt ad ſapientiam*. Quale dein illud eſt, quod ſequitur, et cui dein ſubiicit ὁμολογει δε τουτο cet. Sic paſſim σοφια pro *eruditione, ſcientia liberali*. Εν τουτοις ſc. χρημασι αγαλματων και εικονων.

ὡστε ὡπλισμ. ἡμ. εργασ. etc.] Eadem vid. ſupra XII, 2.

Εν δη τοις κ. τοδε] Med. 3. εν δε τ. κ. τ.

ελεγε προς Π.] *conſilium dedit* ſ. *praecepit P. ne* etc., vid. indic. Ariſtoph. Plut. I, 2. 1. εγω μεν οιμωζειν λεγω σοι, et mox

πρότερον ἀπαλλάττεσθαι τῆς ἀγορᾶς ἡμέρας, πρινὴ φίλον τοῖς ἀρχαίοις τινὰ προσπορίσαι νεώτερον.

ΚΕΦ. ΛΘ'.

Πῶς ὁ Ἀνταλκίδας ἤλεγξε δῶρον μύρῳ βεβαμμένον αὐτῷ πεμφθέν.

Ὁ Περσῶν βασιλεὺς, (βούλομαι γάρ τι ὑμῖν καὶ φαιδρὸν εἰπεῖν,) στέφανον εἰς μύρον βάψας, (διεπέπλεκτο δὲ ῥόδων ὁ στέφανος,) ἔπεμψεν Ἀνταλκίδᾳ, πρεσβεύοντι ὑπὲρ εἰρήνης πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ, δέχομαι μὲν, ἔφη, τὸ δῶρον, καὶ ἐπαινῶ τὴν φιλοφροσύνην, ἀπώλεσας δὲ τὴν ὀσμὴν τῶν ῥόδων, καὶ τὴν τῆς φύσεως εὐωδίαν, διὰ τὴν ἐκ τῆς τέχνης κιβδηλίαν.

mox κλαιων εγωγε σοι λεγω, *iubeo te dolere, flere.* Ceterum, quae h. l. Epaminondas Pelopidae ſuaſiſſe narratur, eadem de Polybio leguntur apud Plutarch. Sympoſ. 4. τα Πολυβιε Σκιπιωνι παραινεσαντος Αφρικανῳ, μη προτερον εξ αγορας απελθειν, η φιλον τινα ποιησασθαι, συνεγγυς οντα των πραξεων των πολιτων etc.

Βασιλευς} Artaxerxes Mnemon, vid. Plut. Artax. et Sympoſ. VII, 8. fin. Athen. I.

στεφανον εις μυρον β.] Quod coronarum genus Graeci χρισον vocabant. Alias vnguentum in theca mittere ſolebant. Senec. de ira III, 33.

Ανταλκιδᾳ] *Antalcidas* hic inimicus fuit Ageſilai ideoque, quum putaret illius auctoritatem et exiſtimationem bello augeri, ſuaſit pacem, et legatus ad Artaxerxem eam confecit, ſed infamem prorſus, quippe qua Perſis relinquebantur Graeci in Aſia habitantes, pro quibus Athenienſes atque ipſi Lacedaemonii tot bella geſſerant contra Perſas, vid. Plut. apophth. Lac. Hinc *pax Antalcidae* ſaepius ab auctoribus priſcis, ſed cum exprobratione quadam commemoratur. Ceterum ad επεμψεν intelligi poſſet απο δειπνου, auctore Plut. More ſcil. veterum, qui amicis ex conuiuio coronas mittebant, in indicium amoris.

Digitized by Google

ΚΕΦ. Μ'.

Περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φεραίων τυράννου ὠμότητος.

Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι. Θεοδώρου δὲ τοῦ τῆς τραγῳδίας ποιητοῦ ὑποκρινομένου τὴν Ἀερόπην σφόδρα ἐμπαθῶς, ὅδε εἰς δάκρυα ἐξέπεσεν, εἶτα ἐξανέστη τοῦ θεάτρου· ἀπολογούμενος δὲ ἔλεγε τῷ Θεοδώρῳ, ὡς οὐ καταφρονήσας, οὐδὲ ἀτιμάσας αὐτὸν ᾤχετο, ἀλλ' αἰδούμενος, εἰ τὰ μὲν ὑποκριτοῦ πάθη οἷός τε ἦν ἐλεεῖν, τὰ δὲ τῶν ἑαυτοῦ πολιτῶν οὐχί.

ΚΕΦ. ΜΑ'.

Περὶ Ἀπολλοδώρου μανίας διὰ τὸν οἶνον.

Ὅτι Ἀπολλόδωρος πλεῖστον ἀνθρώπων πίνων οἶνον οὐκ ἀπεκρύ-

Ἀλεξ. ὁ Φεραιων τυρ.] Principatum Theſſaliae, quem ceperat et conſtituerat, egregius ille Iaſon Pheraeus, (de quo vid. XI, 9.) in tyrannidem converterunt eius ſucceſſores et fratres. Quibus mox ſublatis ſucceſſit hic Alexander, ex fratre Iaſonis natus, et huius filiam Theben vxorem habens. Crudeliſſimus autem fuit tyrannus, et ideo a Thebe eiusque fratribus occiſus. Vid. Plut. Pelop. it. de fort. Alex. or. II, in. Xen. hiſt. gr. VI, c. 4.

Θεοδωρου] vid. Plutarch. ll. cc. Celeberrimus fuit tragoedus, vid. et Ariſtot. Polit. VII, 17 extr. Pauſ. Att. c. 37. ὑποκρινομενον τραγῳδιαν των καθ' αυτον αριστα. Sed etiam poeta.

την Αεροπην] Teſte Plutarcho l. c. egit *Troadas* Euripidis, vbi Hecuba et Andromache inducuntur. Quare ſuſpicatur Perizonius, legendum Ἑκαβην, nec tamen auctorem alios ſcriptores poſſe ſecutum eſſe negat. *Aerope* fuit vxor Atrei, adulterata a Thyeſte, et Carcinus tragoediam *Aeropen* compoſuit. Valckenar. ad Eurip. fragm. c. 18., teſte Cl. Kuhnio, legit Μεροπην.

τα μεν ὑποκριτου] Lugd. ὑποκριτων.

Ἀπολλοδ.] Fuit hic tyrannus Caſſandreae, vrbis ita a Caſſandro, Antipatri filio, qui eam reſti-

Digitized by Google

ἀπεκρύπτετο τὸ ἑαυτοῦ κακὸν, ἀλλ' ἐπειρᾶτο περιαμπέχειν τὴν μέθην, καὶ τὰ ἐξ αὐτῆς κακά· ἀλλὰ καὶ ἐκ τοῦ οἴνου ὑπαναφλεγόμενος, καὶ ὑπεξαπτόμενος ἐγίνετο φονικώτερος, πρὸς τῇ φύσει, καὶ τὸ σῶμα ἔχων ἐνδόσιμον.

ΚΕΦ. ΜΒʹ.

Ξενοκράτους γνώμη.

Ξενοκράτης ὁ Πλάτωνος ἑταῖρος ἔλεγε, μηδὲν διαφέρειν, ἢ τοὺς πόδας, ἢ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰς ἀλλοτρίαν οἰκίαν τιθέναι. ἐν ταυτῷ γὰρ ἁμαρτάνειν, τόν τε εἰς ἃ μὴ δεῖ χωρία βλέποντα, καὶ εἰς οὓς μὴ δεῖ τόπους παριόντα.

R 5 ΚΕΦ.

reſtituit, dictae, quum antea Potidaea fuiſſet vocata. Paullo poſt, quam ſimularat magnum democratiae ſtudium, tyrannidem invaſit, quam et truculentiſſime exercuit. Vid. Polyaen. VI, 7. Sed victus eſt et ſublatus ab Antigono primo, occupata Caſſandrea, vid. Polyaen. IV, 6. 18. Ael. hiſt. an. XV, 15. Plut. de ſera N. vind.

προς τη φυσει και το σ.] *Praeterquam quod a natura fuit truculentus, habuit etiam corpus ad caedem incitans.* Sic Iſocrat. Nicocl. α δε προς τῳ πεφυκεναι και διεγνωκοτες, ὅτε etc. *Qui vero praeterquam, quod naturali hac virtute praediti ſunt, inſuper proſpiciunt* etc. Plut. vit. Demoſth. προς γαρ τῳ νεμεσητῳ και αγεννες, *non ſolum indignum, ſed etiam non generoſum.* Sic et Suet. Nero. 31. *Ad hunc impendiorum furorem ſuper fiduciam imperii, etiam ſpe — — opum impulſus eſt.* Ceterum ενδιδωμι, pro *incitare,* Polyaen. I, 21. δοξαν ενδους, *opinionem iniiciens.*

Ξενοκρατης] Eius continentiam laudat Val. Max. IV, 3. 3.

μηδεν διαφ.] Verba ſunt Plut. περι πολυπραγμ.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΓ'.

Περὶ Πτολεμαίου καὶ Βερενίκης.

Ὁ μὲν Πτολεμαῖός, φασιν, (ὁποστὸς δὲ, αὐτὸν ἐᾷν δεῖ,) καθῆστο ἐπὶ κύβοις, καὶ πεττεύων διετέλει. εἶτά τις αὐτῷ παρεστὼς ἀνεγίνωσκε τῶν κατεγνωσμένων τὰ ὀνόματα, καὶ τὰς καταδίκας αὐτῶν προσεπέλεγεν, ἵνα ἐκεῖνος παρασημήνηται τοὺς ἀξίους θανάτου. Βερενίκη δὲ ἡ γαμετὴ αὐτοῦ, λαβοῦσα τὸ βιβλίον παρὰ τοῦ παιδὸς, εἶτα οὐκ εἴασε διαγνωσθῆναι τὸ πᾶν οὐκ ἔτι, φήσα-

Ὁ μεν Πτολεμαιος cet.] Videtur Perizonio Ptolemaeus hic tertius ſ. Euergetes fuiſſe, vt cuius otio, regno et indoli bene conuenit haec hiſtoria; primus autem ſ. Soter et hic tertius habuerunt vterque vxorem Berenicen. Sequentem parentheſin interponunt codd. Sluisk. et regg. a. c. Εαν τι, *aliquid indictum ſinere* ſ. *praetermittere*, vid. ſupra II, 38. — Ὁποστος δε, αυτον εαν δει, idem eſt, ac ſi dictum eſſet, ὁπ. δ' ην αυτος, ε. δ. Sic enim paſſim Graeci et Latini, v. c. VIII, 13 fin. Act. Apoſt. 16, 3. Plaut. *neſcio me, qui ſim* vid. Perizon. ad Sanct. Mineru. p. 130. Ceterum eiusmodi parentheſes a genio auctoris minime abhorrent, v. c. V, 11. et hiſt. anim. IV, 7.

τας καταδικας α.] Sunt *ſententiae iudicum in reos*; a Romanis dicebantur *elogia*, vid. Suet. Calig. 27. Teſte Ammian. Marc. XIV, 5. mos fuit, vt principibus offerrentur elogia eorum, qui iam poenae addicti erant a iudicibus. Sed totam damnationis talis rationem huic hiſtoriae congruentem habes apud Sulpic. Seuer. hiſt. ſacr. II, extr. imperator *cauſam praefecto Euodio permiſit. Qui Priſcillianum gemino iudicio auditum, conuictumque maleficii* etc. *nocentem pronunciauit, redegitque ad cuſtodiam, donec ad principem referret. Geſtis ad palatium delatis, cenſuit imperator, Priſcillianum ſociosque eius capitis damnari oportere.* Princeps enim, inſpecto elogio, vel reuocabat damnatos a poena, vel poenae permittebat, quod declarabat *ſubſcriptione* (Noſtri *παρασημήνασθαι*, lat. *adnotare*, vtrumque huic rei proprium vocabulum).

ουκ εασε διαγνωσθ. το παν ουκ ετι φ.] Pro διαγνωσθ. Faber et Perizon. volunt διαναγνωσθ., quod refertur ad το παν ſc. βιβλιον· Io. Kuhn. retinet διαγνωσθ., tunc autem auctor additurus

φήσασα, πάνυ σφόδρα προσέχοντα τὴν διάνοιαν, ὑπὲρ ἀνθρώπου ψυχῆς διαλογίζεσθαι, καὶ μὴ πρὸς παιδιὰν γινόμενον. οὐ γὰρ ὁμοίαν εἶναι τὴν πτῶσιν τὴν τῶν κύβων, καὶ τὴν τῶν σωμάτων. πρὸς ταῦτα ὁ Πτολεμαῖος ἥσθη, καὶ οὐδέποτε κυβεύων μετὰ ταῦτα ὑπὲρ τῆς ἀνθρώπου κρίσεως ἤκουσεν.

ΚΕΦ. ΜΔ'.

Λακωνικὸς νόμος περὶ Φιλαργυρίας.

Λακωνικὸν μειράκιον ἐπρίατο χωρίον ὑπερευώνον, εἶτα ἐπὶ τὰς ἀρχὰς ἤχθη, καὶ ἐζημιώθη. τὸ δὲ αἴτιον τῆς καταδίκης ἐκεῖνο ἦν, ἐπεὶ νέος ὢν τοῦ κερδαίνειν ὀξύτατα ἥρα. ἦν δὲ Λακεδαιμονίων ἐν τοῖς μάλιστα ἀνδρικὸν καὶ τοῦτο, μὴ πρὸς μόνους πολεμίους παρατετάχθαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀργύριον.

ΚΕΦ.

dicturus fuiſſet *παντως*, ſcil. *κατεγνωσμενως*. Pro *ουκ ετι* Geſn. *εοικε*. Rutgerſ. *ουκ εδει* interrogatiue, quod Scheffer. adprobat. Io. Kuhn. legit *ουκ εστι, φ.* Sed legendum videtur, vt ex Mſtis Sluisk., reg. a. Med. 1. 2. recepit Perizonius, ita vt *ουκ ετι* ad prius *ουκ ωστε* referatur vertaturque *prorſus non permiſit.* Iterationem enim apud Graecos intendere negationem, *το ετι* autem eam magis augere, conſtat. Vid. ſupra VI, 6. et not.

Φησασα] De Verbis *dicendi* vid. ad XIV, 15.

προς παιδιαν] Pariſ. b. c. et Lugd. *προς παιδιᾳ*. Perizonius vulgatum ex Sluisk. praefert, quum ſimile quid etiam ſupra II, 6. extr. et X, 21. reperiatur.

Του κερδ. οξ. ηρα] Recte; ſed non minus eleganter Lugd. reg. b. c. *το κερδ. οξ. εωρα*, *lucro vehementiſſime intentus erat.*

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΕ΄.

Περί τινων γυναικῶν ἐπαίνε ἀξίων.

Γυναῖκας τῶν Ἑλλήνων ἐπαινοῦμεν, Πηνελόπην, Ἄλκηστιν, καὶ τὴν Πρωτεσιλάε. Ῥωμαίων, Κορνηλίαν, καὶ Πορκίαν, καὶ Κεσιλίαν. ἐδυνάμην δὲ εἰπεῖν καὶ ἄλλας, ἀλλ'

Πηνελοπην] Celeberrima eſt *Penelope* propter pudicitiam inter tot procos, abſente Vlyſſe marito, ſancte ſeruatam, ex Homeri Odyſſea. At Lycophron Caſſandr. meretricem eam adpellat, et Duris Samius cum omnibus procis eam concubuiſſe tradidit; vid. et Pauſ. Arcad. c. 12.

Αλκηστιν] *Alceſtis* Admeti fuit vxor, pro quo voluntaria morte obiit, atque ideo ab Hercule ad vitam eſt reducta, vel remiſſa a Proſerpina, vid. Apollod. I, 9. 15. Hygin. fab. 51. 243. et 251.

την Πρωτεσ.] i. e. *Laodamia*, quae rogauit deos inferos, vt ad ſe vel ſemel remitteretur Proteſilaus, quo mox redeunte, deſiderium eius non ſuſtinens, periiſſe etiam dicitur Laodamia. Vid. Hygin. fab. 103. 104. it. Noſtr. hiſt. an. I, 15. Proteſilaus ipſe heros Theſſalicus, Iphicli filius, ex Hom. Iliade β΄, 695. eſt notus.

Κορνηλιαν και Πορκιαν] Satis notae hae ſunt. Prior fuit Scipionis Africani maioris filia, mater Gracchorum laudata a Val. Max. IV, 4. 1. Senec. ad *Heluiam* c. 16. etiam propter eloquentiam a Cicer. Brut. c. 58. *Porcia* fuit Catonis Vticenſis filia, vxor M. Bruti, quae audita mariti clade et nece, ſibi quoque mortem conſciuit. Vid. Plut. Brut. Val. Max. III, 2. 15. IV, 6. 5.

και Κεσιλιαν] Alii aliter tentarunt hunc locum ſane corruptum; nam *Ceſtilia* plane eſt ignota. Io. Kuhn., adſentiens Boiuinio, vult Καικιλιαν, et intelligit Tanaquilem, Tarquinii Priſci vxorem, mulierem magni animi et ſpiritus in hiſtoriis celebratam. Sed nomen C. Caeciliae, quo vult illam fuiſſe dictam, non occurrere monet Perizon., nec niſi ex incertiſſimis traditionibus hauſtum eſſe. Nempe in nubendo ſponſa dicere ſolebat, *vbi tu Gaius, ego Gaia*; id vero dici aiunt, quia Tarquinii Priſci vxor, vel, vt alii, nurus, dicta *Gaia*, proba fuerit lanifica, vid. Plin. VIII, 48. Quare Perizon. Κλοιλιαν, *Cloeliam* coniecit, quae a pluribus hiſtoricis laudatiſſima, quum obſes eſſet data Porſennae, equo conſcenſo, Tiberim traiecerit, ſtatua equeſtri ab ipſo populo eſt honorata.

Digitized by Google

ἀλλ' οὐ βούλομαι τῶν μὲν Ἑλλήνων εἰπεῖν ὀλίγας, ἐπικλύσαι δὲ τοῖς τῶν Ῥωμαίων ὀνόμασιν, ὡς ἂν μή μέ τις δοκοίη χαρίζεσθαι ἐμαυτῷ διὰ τὴν πατρίδα.

ΚΕΦ. ΜϚ'.

Περὶ Μαγνήτων παρατάξεως κατὰ τῶν Ἐφεσίων.

Οἱ Μαιάνδρῳ παροικοῦντες Μάγνητες, Ἐφεσίοις πολεμοῦντες, ἕκαστος τῶν ἱππέων ἦγεν αὐτῷ συστρατιώτην, θηρατὴν κύνα, καὶ ἀκοντιστὴν οἰκέτην. ἡνίκα δὲ ἔδει συμμῖξαι, ἐνταῦθα οἱ μὲν κύνες προπηδῶντες ἐτάραττον τὴν παρεμβολήν, φοβεροί τε, καὶ ἄγριοι, καὶ ἐντυχεῖν ἀμείλικτοι ὄντες· οἱ δὲ οἰκέται προπηδῶντες τῶν δεσποτῶν ἠκόντιζον. ἦν δὲ ἄρα ἐπὶ τῇ φθανούσῃ διὰ τοὺς κύνας ἀταξίᾳ καὶ τὰ παρὰ τῶν οἰκετῶν δρώμενα ἐνεργῆ· εἶτα ἐκ τρίτου ἐπῄεσαν αὐτοί.

ΚΕΦ.

ὡς αν μη με τις δοκοιη] Faber putat ſcripſiſſe auctorem, *ὡς αν μη τινι δοκοιην*. Quae lectio nec Perizonio diſplicet, qui tamen leuiter commutari vult in *ὡς αν μη τι δοκ.*; quum ita ſoleat etiam Aelianus, v. c. IX, 32. I, 25. hiſt. anim. VI, 91. Io. Kuhn. vulgatum retinet, quod et ego probo: ipſe enim Perizonius *δοκω* etiam adiectiue ſumi pro *puto* concedit, quare nondum eſſe putem, quod emendes.

Μαγνητες] Duae fuerunt in Aſia *Magneſiae*, altera ad flumen Maeandrum, altera ſub Sipylo monte. Bellum hoc contra Epheſios feliciter geſtum fuit, idque iam antiquiſſimo tempore. Vid. et Strab. XIV, p. 647. ex que patet, vrbem hanc fuiſſe paullo poſt a Cimmeriis euerſam, poſtea vero reſtitutam. Ceterum fuit conſuetudo hic notata etiam Colophoniorum et Caſtabalenſium (Caſtabala, vrbs Ciliciae) vid. Plin. VIII, 10. et Noſtr. hiſt. an. VII, 38. vbi et Hyrcanis ait fuiſſe in vſu. Strabone IV. teſte, canibus etiam Celtae in bello et in ſuis domeſticis vtebantur. Nec non Turcas hodie adhuc eos bello adhibere notum eſt.

την παρεμβολην] *aciem*; alibi etiam *caſtra*, v. c. Act. Apoſt. 21, 34.

Digitized by Google

ΚΕΦ. ΜΖ΄.

Περὶ Ζεύξιδος Ἑλένης εἰκόνος, καὶ Νικοςράτε ζωγράφε.

Ὅτι Ζεῦξις ὁ Ἡρακλεώτης ἔγραψε τὴν Ἑλένην. Νικόςρατος ἒν ὁ ζωγράφος ἐξεπλήτ]ετο τὴν εἰκόνα, καὶ τεθηπὼς τὸ γράμμα δῆλος ἦν. ἤρετο ἔν τις αὐτὸν προσελθὼν, τί δὴ παθὼν ἕτω θαυμάζει τὴν τέχνην; ὁ δὲ, ἐκ ἄν με ἠρώτησας, εἶπεν, εἰ τὲς ἐμὲς ὀφθαλμὲς ἐκέκ]ησο. ἐγὼ δ᾽ ἂν φαίην τἕτο καὶ ἐπὶ τῶν λόγων, ἀλλ᾽ εἴ τις ἔχοι πεπαιδευμένα ὦτα, ὥσπερἒν οἱ χειρεργοὶ τεχνικὰ ὄμματα.

ΚΕΦ. ΜΗ΄.

Τίνας ὁ Ἀλέξανδρος ὑπώπτευεν.

Ὅτι ὁ Ἀλέξανδρος Πτολεμαίε τὸ δεξιὸν ὑφωρᾶτο, Ἀρρίε

Ὅτι Ζευξ. ὁ Ἡ] Vulg. Ζευ. ὁ Ἡ. ſine ὅτι. Sed receptam lectionem habent Mſti. Ceterum vid. IV, 12.

Νικοςρατος] Pro quo legendum putat Perizonius Νικομάχος, qui celeber plane fuit pictor, et quem Zeuxidi iungit etiam Plutarch. de virt. mulier. init. cuius et Iunius in *pictoribus* facit mentionem, ſed nullam Nicoſtrati. Reg. b. legit Νικοπρατος.

τι δη παθων ἑ. θαυμαζει] De τί cum Participio vid. ad II, 21. Pro θαυμαζει Scheff. θαυμαζεις. Kuhn. θαυμαζῃ ex Sluisk. reg. c. et Med. 2. Sed Lugd. et reg. b. θαυμαζοι, quod praefert Perizon. praeſertim ob ſequens εχοι, quod recte recepit ex Mſtis pro vulg. εχει. At εχοι non refertur ad praec. θαυμαζει, vt vult Perizon., ſed ad εκεκ]ησο. Praeterea Graecos ſaepiſſime aeque ac paſſim Latinos, Indicatiuum pro Optatiuo et Subiunctiuo, intellecto αν, ponere notum eſt.

Ὅτι ὁ Αλεξ.] Perizonio monente, in Sluisk., vt et in reg. vno, caput hoc deſideratur, ſed

Ἀῤῥίας δὲ ἐδεδίει τὸ ἄτακτον, τό γε μὴν νεωτεροποιὸν Πύθωνος.

ΚΕΦ. ΜΘʹ.

Διὰ τί ὁ Φίλιππος τοὺς τῶν δοκιμωτάτων υἱοὺς περὶ τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν εἶχεν.

Ὅτι Φίλιππος τῶν ἐν Μακεδονίᾳ δοκιμωτάτων τοὺς υἱεῖς παραλαμβάνων, περὶ τὴν ἑαυτοῦ θεραπείαν εἶχεν· οὔτι που, φασὶν, ἐνυβρίζων αὐτοῖς, οὐδὲ διευτελίζων· ἀλλ' ἐκ τῶν ἐναντίων, καρτερικοὺς αὐτοὺς ἐκπονῶν, καὶ ἑτοίμους πρὸς τὸ τὰ δέοντα πράττειν ἀποφαίνων. πρὸς δὲ τοὺς τρυφῶντας αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ ἐπιταττόμενα ῥαθύμως ἔχοντας, διέκειτό φασι πολεμίως. Ἀφθόνητον γοῦν ἐμαστίγωσεν, ὅτι τὴν τάξιν ἐκλιπὼν ἐξετράπετο τῆς ὁδοῦ διψήσας, καὶ

ſed in Lugd. complura capita libri XII, ante cap. 47. huius libri repetuntur, capitique huic caput praemittitur libri XII. ſedecimum, cum prooemio; poſt hoc denique hiſtoria Titormi XII, 22. ſed aliis fere verbis repetitur. Vtrum vero haec omnia a librariis, an ab ipſo auctore ſint repetita, aeque ac XII, 2. 4 — 6. hoc libr. cap. 34 — 37. dictu eſt difficile.

Αῤῥιας] Sic Mſti. Alii tamen auctores aliter hoc nomen exaratum praebent; Plutarch. Tarriam, Curtii Mſti variant. Praeferunt Scheff. et Kuhn. *Αταῤῥιας*.

το — νεωτεροπ. Πυθ.] Diod. Sic. XVIII. eum nominat *μεγαλεπιβολον*, eum, *qui facile res magnas adgrediebatur*. Sic poſt mortem Alexand. miſcuit ſe rebus conſtituendis, vid. Curt. X, 10. nec non Mediae dein praefectus contra Antigonum mox *διενοειτο νεωτεριζειν*, Diod. Sic. XIX, p. 690. Fuerat inter praecipuos Alexandri armigeros.

Ὁτι Φιλιππος των ε. Μ.] Vid. et Arrian. IV, p. 268. Idem feciſſe Alexander narratur a Val. Max. III, 31. extr. item Curt. V, 1. Liv. XLV, 6.

εμαστιγωσεν] i. e. *iuſſit eos virgis caedi*.

διψησας] Lugd. *ὡς διψησας*.

καὶ παρῆλθεν εἰς πανδοκέως. καὶ Ἀρχέδαμον ἀπέκτεινεν, ὅτι προστάξαντος αὐτοῦ ἐν τοῖς ὅπλοις συνέχειν ἑαυτὸν, ὅδε ὑπελύσατο, (ἤλπισε γὰρ διὰ τῆς κολακείας καὶ ὑποδρομῆς χειρώσασθαι τὸν βασιλέα,) ἅτε ἀνὴρ ἥττων τοῦ κερδαίνειν ὤν.

ἅτε ανηρ] Sluisk. et reg. c. *κερδῆς*. Ceterum cauſa haec erat, qua auſus fuerit ille contra regis imperium *ὑπολυεσθαι*. Vetuerat enim rex, ne *armis ſolutis*, miſſis hoſtibus, inuolarent in praedam, quia ſie ſaepe parta iam victoria rurſus amittitur.

Τ Ε Λ Ο Σ.

EXCVR-

Digitized by Google

EXCVRSVS
DE SOCRATE.

Non inutile fore arbitratus ſum, de Socratis vita ac praeceptis, ratione docendi, accuſatione et morte aliqua diſſerere, quippe quae non ſemper recte intelligantur, ideoque Socrates aliis et priſcis et recentioribus ab omnibus vitiis ac erroribus humanis plane vacuus, tamquam deus, aliis omnis longe animi praeſtantiae, qua vere excellebat, expers fuiſſe viſus ſit. Socratem, Sophroniſci et Phaenaretes, obſtetricis filium, qui natus Athenis Olymp. LXXVII, 4. 6 Maii, (vid. ad II, 25 init.) mortuusque Olymp. XCV, 1. vel fere CCCC. anno ante Chriſt., vixit plus ſeptuaginta annos (vid. II, 36.), ſane optimum excellentiſſimumque iſtius temporis virum fuiſſe, nemo negabit conſideraturus eius praecepta, vitam ac totam iſtarum rerum et hominum rationem. Iam adoleſcens, quum patris ſtatuarii negotium mature reliquiſſet, literis ac lectioni priſcorum philoſophorum deditus fuit, et homines cuiusque generis peritos audiuit cumque iis collocutus eſt. Sophiſtarum, ſeu philoſophorum tum male audientium, (vid. excurſ. ſequ.) doctrinas ſplendidas de rerum natura et origine, ſenſusque ac mentem fugientes ingenio iuuenili amplexus mox reliquit, philoſophiae morali, animum hominis emendanti viamque ad felicitatem monſtranti, muneribus publicis ſpretis, ſolummodo vacauit, non tamen contemnens ceteras ſcientias. Sed inprimis munus hominum docendorum diuino iuſſu eligendum ſibi putauit, non id profitens. Cui officio ſponte ſuſcepto mire conuenit eius vitae ratio longe

ſimpliciſſima, frugalis ac temperans, omnem luxuriam in victu ac veſtitu diuitiasque plane reſpuens, labores, vt belli, aeſtum frigusque facile ſustinens. Animi ratio minime reſpondit corporis ſpeciei (Cic. Fat. 5. Tuſc. IV, 37.). Solo ſtudio homines reddendi meliores vehementiſſime incitatus, amicitiam puriſſimam erga alios prae ſe tulit. Gratiſſima adliciendi homines inprimisque adoleſcentes, ac, cui non potuit reſiſti, methodus (Cic. de Orat. III, 16.) plane operuit ingratam oris formam. Pauperrimus, maximus dictis factisque hominum fuit benefactor. Deum reuerenter colentis, contenti, fortis, conſtantis comisque et ſemper animo eiusdem ſerenitatem continuam varia fortuna non magis labefactare potuit, quam tempeſtas corpus; ac ſane nomine, quo donatus erat a Delphico oraculo, ſapientiſſimi omnium hominum digniſſimus fuit. Docendi ratione ab omnibus philoſophis ſeu Sophiſtis plane distulit Socrates. Non enim modo legit cum ſuis amicis priſcorum philoſophorum ſcripta, ſed et ad rerum, quas ipſe non callebat, peritos eos deduxit; quin ipſe omnis generis homines omnibus temporibus ac locis accedens, colloquendo inſtruxit, nullo loco, quo ſemper inſtitueret, deſtinato. Ironiam, qua colloquens ſuo more vtebatur, maxime amabat. Quae non eo tantum elucebat, quod ſuae cognitionis viliorem ſpeciem praebens, contrariorum ſapientiam tollebat, ſed etiam inprimis, quod in quaque re ſuspenſus et inſtitutionem ab iis petens, eo redigebat aduerſarios, vt ſententias ſuas clare confiterentur, ac de ſe ipſi dubitarent. (Vid. Cic. de Orat. II, 67. Tuſc. I, 30. Brut. c. 85. Acad. I, 4. II, 5. Offic. I, 30.) Exempla huius ironiae vid. Xen. Mem. Socr. I, 2. IV, 2 et 4. Plat. Protag. p. 292. ſ. Hippia min. p. 357. Menon. p. 337. Nota eſt Socratis ars, quam obſtetriciam adpellauit, quum blanditiis homines, ſaepe inuitos, ad ſe adlicere

eorum-

Digitized by Google

eorumque attentionem incitare ſciebat exemplis (v. c. Xen. M. S, II, 3. §. 14. III, 6. §. 2. IV, 2. §. 9.) quae minime ad eos pertinere videbantur, quaeſtiunculis, ad ſpeciem leuibus, quibus reſponſa iis eliciebat, ac varia obiiciens denique ad incitas redigebat aduerſarios, adeo, vt ſe ipſi redarguerent auxiliumque ab eo petendum putarent, atque ita falſis ſententiis deſiſtere ac viam rectiorem inire cogerentur. (Vid. Plat. Theaet. Alcib. I. II. Theages, Laches, Xenoph. Oecon.) Maxime autem haec ars obſtetricia (μαιευτικη τεχνη Plat. Menon. c. 12.) Socratis in eo valuit, vt ideae obſcurae in animo dormientes excitarentur clarioresque fierent, vid. ibid. Cl. Bieſter. it. Plat. Theaetet. Doctrina tamen Socratis praecipue ipſum principem philoſophorum antiquitatis effecit, gloriamque ſuam, qua ſemper ornatus eſt et ornabitur, confirmauit. Philoſophiam veneno, argutiis ac ſomniis Sophiſtarum ac Phyſicorum veterum inquinatam purgauit, eamque in inquirenda rerum, elementorum, dei natura et origine aliisque mentem excedentibus errantem ad hominis naturam animumque penetrandum reuocauit. (Cic. Tuſc. V, 4.) Qua philoſophia purgata ac pulcerrime ditata adiutus amicos ſuos Socrates via facillima perduxit ad deum, iam quidem ab Anaxagora cognitum, ſed ob odium ciuium ab eo celatum. Legas ſis, mi Lector, nonnulla pulcerrima de deo eiusque prouidentia Xen. M. S. I, 4. Deo vndique praeſenti ac omniſcienti vſus homines emendare ſtuduit; item deum non poſſe corrumpi, adeoque pure i. e. puro animo, fide ac ſtudio in negotiis reuerendum eſſe docuit. (Xen. M. S. I, 3. IV, 3.) Pulcerrime disputat de precibus et adoratione deo debita. (Plat. Alcib. ſec. Xen. M. S. l. c.) Nihilo tamen minus plurima religionis paternae ſerio acceptauit ac deos plures deasque ac daemonas (quorum vnum et ſibi ipſe attribuit, de quo mox plura dicam)

credidit, iis ſacrificauit, ominaque ac praedictiones aeſtimauit. Sed, ſi rem paullo acutius perpenderis, quis alius, quam is, qui nondum plane erat mente illuſtratus, talia adhuc ex parte retinens, ceterum praeſtantiſſimis Socratis virtutibus exornatus, magis fuit idoneus ad munus doctoris publici illius temporis obeundum? Qui ſi fuiſſet eorum expers ac perfectior, alios a ſe potius deterruiſſet, quam adlexiſſet, atque ita ſaltum in rerum natura prodidiſſet. Nonne et hic Dei ſapientiam adparuiſſe vides? — Errorem Socratis modo dictum de daemonio ſuo eiusque praedictionibus *Eberhard* V. cel. in *Allgemein. Theorie des Denkens u. Empfindens*, ex ſubitis ſenſus interni emotionibus ortum fuiſſe putat. Quum enim mens hominis in ſenſibus internis, potiſſimum quum claritate excedunt, magis paſſiua (vnde et nomina *paſſio*, *Leidenſchaft*, *παθη*, *adfectus*,) adpareat, quam vt originem eorum coniunctionemque ſemper diſtincte ſatis intelligere poſſit, quin imo, vt viuidiſſimi illi ſunt ſenſus, ita minime diſtinctam intelligentiam homini eſſe, minimeque compotem ſui mentem, clarum eſt: homo, non ſatis excultus, atque ita actionis mentis perpetuae inſcius, cauſam earum motionum internarum reperire neſciens, extra ſe eam quaerendam, et ex ſola ſupernaturalium et inuſitatarum rerum cupiditate, (qua homines omnibus fere aetatibus occupatos videbis) diuino adflatui adtribuendam putat. — Quare et bonorum morum et amoris virtutum, quomodo aetate iam prima fundamenta iaci poſſint, inſcii nonnulli Socratici, virtutem merum numinis putabant eſſe donum. Vnde porro, omni tempore atque vbique terrarum, ſomnia, diuinationes, ecſtaſes ac fere quaeque repentinae vehementesque animi emotiones diuinae eſſe originis a rudibus atque vecordibus putabantur. Sed et viciſſim ad illas deorum adpropinquationes

Digitized by Google

nes creditas efficiendas in omnibus fere gentibus homines eiusmodi animi motus, varia arte, producere et augere ſtuduerunt; quod nimirum in oraculis clariſſime videre poteris. Nec minus a poetis feliciſſime adhibiti ſunt tales animi effectus et boni et mali. — Ceterum doctrina de genio et bono et malo, cuique homini attributo, ita in orbe terrarum erat diffuſa, ac fere adhuc eſt, vt nec mirum ſit, Socratem in eumdem errorem incidiſſe. Eamdem ſententiam etiam *Meiners* V. cel. amplexus eſt in *Vermiſchte philoſ. Schriften* T. III, p. 36. ſſ, *de genio Socratis*. Diuinationem, docens, et poteſtatem hominum, futura proſpiciendi, magis tum fuiſſe communem, quam ipſam de deo perſuaſionem; omina ab omnibus fere philoſophis, Pythagoraeis, Socraticis, Platonicis, Peripateticis Stoicisque vehementer defenſa, (Cic. de Diuin. I, c. 3.) ab ipſo Democrito, deum, prouidentiamque eius et animi immortalitatem negante, vti a pluribus, accepta, iisque prae aliis fuiſſe probata. Socratem ergo nemini iſtius temporis ipſisque Sophis non abſurda viſa crediddiſſe (vid. Xen. M. S. I, 1 et 3.). Hoc eo minus mirum eſſe de eo, quem maiore imaginationis vi captum ex pluribus exemplis adpareat, vid. Plat. Symp, Diog. Laert. II, 23. Gell. Noct. Att. II, 1. Plat. Crit, c. 2. Cic. de Diuin. I, 25. Plat. Phaed. c. 60. Ceterum de genio Socratis etiam Plutarchus et Apuleius ſcripſerunt. — Animam porro docuit diuinae eſſe naturae, et ab omnibus naturis ac viribus ſe mouentibus ac ſentientibus huius terrae differre, ideoque omnimode ac diligentiſſime eſſe excolendam (Xen. M. S. I, 4.). Sed inprimis cognitionem ſui cuique homini maxime eſſe commendandam (ib. IV, 2.). Immortalitatem animae veriſimillimam Socrati eſſe viſam, praecipue ex Xen. Cyrop. VIII, c, 7. cf. Cic. Senect. c. 22. et Plat. Phaedon. videre licet. Nec minus pulcre ac

Digitized by Google

poetice loquitur Socrates de poenis ac praemiis apud inferos in Platon. Gorg. Apol. et Xen. Cyrop. l. c. His doctrinis de prouidentia diuina, immortalitate animae et de poenis praemiisque aeternis, quaſi fundamentis, Socrates philoſophiam moralem ſuperſtruxit. Virtutem, ait, eſſe facilitatem, pulcra et bona ſentiendi, cognoſcendi exercendique, vel ſtudium alios reddendi felices, nec aliis ipſisque inimicis nocendi; quapropter eam duplicem eſſe et temperantiam et iuſtitiam, εγκρατειαν ſeu σωφροσυνην et δικαιοσυνην; quas qui exercet, eum καλοκάγαθον nominat. Illam omnino eſſe dominationem omnium cupiditatum et conſuetudinum, quae perfectionem animi et corporis impediunt. Quare eam eſſe fundamentum omnium aliarum virtutum (Xen. M. S. IV, 5. II, 1. I, 3. §. 5. ſ. it. cap. 6. vbi eius praeſtantiam et intemperantiae aliorumque vitiorum pericula ac miſeriam nitidiſſimis coloribus mire depingit). Iuſtitia ſecundum Socratem comprehendit omnia officia aliis debita, vel obedientiam generalem erga leges et humanas et diuinas (Xen. M. S. IV, 4.). Omne bonum et pulcrum eſſe vtile, et contra (ibid. III, 8.); ergo ſolam virtutem eſſe pulcram ac vitium turpe. Iniuſtitiam morbum eſſe animi, ac poenis et paſſionibus ſolis curandum; vnde melius eſſe, iniuriam pati, quam reddere; nec inimicis nocendum, i. e. inimicum imperfectiorem non eſſe reddendum; aliud autem eſſe, malefactorem impunem dimittere, quod iniuſtum eſſet, eumque ſane imperfectiorem redderet. Ergo recte diſtinguit inter κακως ποιειν et βλαπτειν. (Xen. M. S. II, 3.). Denique, quia virtus hominem felicem ac perfectum reddat, vitium, imperfectum ac miſerum, omnem felicitatem conſtare in recte agendo; miſeriam in contrario; vnde ſequi, virtutem eſſe veram ſapientiam; vitium ſtultitiam. Quidquid exitu voluptatem praebeat, bonum eſſe; quid-

Digitized by Google

quidquid moleſtiam, malum. Pleroſque homines peccare ignorantia boni et mali ductos; quare ad felicitatem conſequendam maxime neceſſariam eſſe bonorum, malorum, omninoque valoris rerum cognitionem adcuratiſſimam. — Totam hanc Socratis philoſophiam quis eſt, quin fateatur, ſummum eſſe faſtigium, quo illo tempore hominum mens poſſet peruenire? et quae erat fortuna huius viri, quem omnes aetates maxima reuerentia ac vt perfectiſſimum ſapientiae exemplum vnanimiter adſpexerunt? Odium, carcer, cicuta! — Socrati eadem cum omnibus fere viris magnis fuit fortuna, praecipue in tali ciuitate democratica, vbi per plebem, omnia ſua voluntate regentem, et viris amplioribus ſemper inuidentem, ſinguli multa efficere poterant. Sic Athenis tum Comici, in his potiſſimum Ariſtophanes, nugis ſuis nemini parcebant, qui theatro expoſitus ridiculum poſſet plebi praebere ſpectaculum, adeoque Comicum reddere ſpectatiorem. Idem acciderat Pericli, Euripidi aliisque viris magnis. Quid aliud poterat exſpectari, quam Socrates, vir et toti Graeciae et exteris notiſſimus, ludibrio theatri traditus? Nec Ariſtophanes ſolus id fecit, ſed et antea Eupolis et Amipſias, idque longe amarius. Haec et commune odium Comicorum in Socratem, qui eorum ac praecipue Ariſtophanis petulantiam et mores in comoediis valde diſſolutos, ipſosque perdentes iuuentutis innocentiam vehementer ac indeſinenter vituperabat; haec igitur erant, quae Ariſtophanem ad deridendum Socratem commouerant; minus autem, vt ſaltem videtur, quod auctor argumenti Nubium Ariſtophanis, Aelianus II, 13. Diogenes Laert. II. 5. 18. aliique attulerunt, perſuaſio Anyti et Meliti, Socratis hoſtium ſingularium, cuius nec Plato, nec Xenophon faciunt mentionem, tum etiam Nubes, iſta comoedia nobilis, in qua Socrates deridetur, fere 23 annis ante mortem So-

Digitized by Google

cratis acta eſt, vbi iſtorum hominum odium in Socratem nondum tam graue fuiſſe videtur. Certe Ariſtophanes, qui et apud Platonem in Sympoſ. cum Socrate adparet, mortem Socrati parare ſe voluiſſe non putandus eſt. Pauca vero de Nubibus Ariſtophanis obiter adferam: Haec comoedia prima acta eſt Olymp. LXXXIX, 1. vbi poeta exſibilatus fuit, tecte id fortaſſe efficientibus Alcibiade, antea Socratis diſcipulo eiusque amicis (vid. Nub. v. 518—525.) et ipſe Socrates, qui fere numquam comoediis Ariſtophanis adeſſe ſolebat, nunc praeſens erat ſeque palam monſtrabat, quod tamen poſterius, tamquam iactantis viri, Cl. Meinerſio fictum videtur. Iterum anno ſequente fabula emendatior eſt acta, non tamen meliori fortuna (Schol. ad v. 9.). Tertio mutatam non autem in theatro actam nunc habemus; quamquam Aelianus II, 12. et Scholiaſt. pluries actas Nubes, denique Athenienſibus fuiſſe probatas dixit. Quarum fabulae mutationum veſtigia multa reperiuntur in ea ipſa. v. c. 549. Cleon vt mortuus dicitur, qui in aliis locis adhuc viuit. Integram autem comoediam Socratem optime ac veriſſime propoſuiſſe ac multa attribuiſſe ad eius damnationem, facile ac iure credi poteſt. Nec multa ei in Nubibus obiecta in eo ipſo reperta fuiſſe negari poteſt, quum Socrates illo, quo Ariſtophanes fabulam confecerat, tempore philoſophiam puriorem, qua ſplendebat poſtea, nonniſi primis hauſtibus guſtaſſe poſſet, ac potius ſomniis et argutiis inanibus ſophiſticis quodammodo captus fuiſſe videatur. Quid multa? Socrates eamdem cum omnibus mortalibus viam ad veritatem inueſtigandam peragrauit. An ideo turpi ſorte eſt vſus? Ergo vtique credi poteſt, Socratem adoleſcentem coeli, terrae et elementorum originem et naturam perſcrutari eſſe conatum (Nub. 100. 359. Xen. Symp. VI, 7.) et mathematicas literas amaſſe, (v. 145. 202.) quas profe-

Digitized by Google

profecto callebat et aeſtimabat. Multae tamen ſane inanes erant calumniae, vt, negaſſe Socratem deos veteres, et introduxiſſe nouos, pecunia docuiſſe, fuiſſe Sophiſtam, ſeu, vt tum dici ſolebat, τον ἡττω λογον κρειττω ποιησαι, (v. 99. et Xen. Oec. 11. extr. ibi Bach.) rem iuſtam debilitaſſe, et iniuſtam confirmaſſe argumentis fictis; item, quod maximum erat, ſe adoleſcentes perdidiſſe, emolliiſſe et inobedientes reddidiſſe. Sed plus damni Sophiſtarum et aliorum, quorum ignorantiam ac tumorem Socrates detexerat, calumniae, quam illa fabula ei attulit. Quare interfecto Alcibiade aliisque amicis Socratis potentibus, inimici huius per Anytum, Melitum et Lyconem, vt videtur, ante Heliaeam, concilium plebeium quingentorum iudicum, eum accuſabant, quod deos veteres negaret, nouos introduceret, ac iuuentutem perderet. Sed Socrates nec ſcripta apologia ampla ſe defendendum, neque defenſionem ſuo nomine a Lyſia confectam accipiendam putabat. (Xen. Mem. S. IV, 8. Apol. Cic. de Orat. I, 54.) neque timidas amicorum admonitiones curabat. Quare in iudicio tantummodo breuiſſime atque grauiſſime ſine lacrimis, nec maledicens calumniatoribus, nec auram iudicum captans ſe iuſtificabat plurimis eorum, quae in Platonis et Xenophontis Apologiis, Memorabilibusque Socratis maxima cum voluptate leguntur. Sed eadem conſtantia atque confidentia in ſuam innocentiam magis irritabat iudices; itaque Socrates damnatus in carcerem ſe conferebat, ſed placido vultu ac greſſu, nec vllum terrorem prodens, contemnens pecuniam ſibi ad liberationem oblatam, amicosque comiter ſolans. Sed poſt damnationem ob exſpectandum nauis ſacrae (Θεωρις) aduentum ex Delo (vid. Noſtr. I, 16 init.) mors ad 30 dies dilata eſt, quos vtiliſſimis grauiſſimisque de immortalitate animi colloquiis cum amicis ſuis quotidie habitis, ac in Platonis

Digitized by Google

Phaedone iucundiſſime legendis, donauit. Semper contento animo ac ſereno vultu reiecit occaſionem aufugiendi, a Critone ſibi oblatam. Placidiſſima mente ac vero philoſopho conueniente Socrates denique bibens cicutam *) inter lacrimas ac lamentationes amicorum lugentium ipſe minime ſuſpirans nec lacrimans mortem conſtantia maxima admiratuque digniſſima oppetiit. — Sic vixit, ſic obiit ſapientiſſimus hominum et doctor et amicus et pater! — Non multo poſt Athenienſes, mutatis animis ſuis mutabilibus, ſincerrime lugentes poenas a Socratis perſecutoribus ſumſerunt, (quod *Barthelemy* in *Reiſen des iungen Anacharſ. überſ. von Bieſter* Tom. V, p. 445. plane negauit, et vt fabulam minime probatam rationibus refutauit) eique ſtatuam a Lyſippo factam erexerunt, Diog. Laert. in Socrat. Plat. Phaed. Crit. — Haec omnia de Socrate ſummatim hic propoſita, pluribus legi poſſunt in Cel. *Meiners Geſchichte des Urſprungs, Wachsth. u. Verfalls der Wiſſenſch. in Griechenl. u. Rom.* Tom. II. *Bibliothek d. alten Literatur u. Kunſt.* 1. 2. Stück. No. 1. *Proceſs des Socrates* et *Reiſe des iüng. Anacharſis durch Griechenl. von Abbe Barthelemy, überſ. von Bieſter* p. 368 et l. c.

*) *Schierling*, κωνειον, herba, cuius ſuccus ob vim admodum refrigerantem eſt venenum.

EXCVR-

EXCVRSVS
DE SOPHISTIS VETERIBVS.

Poſt glorioſiſſimas victorias de Perſis delatas magna erat victoribus cum ſtudio reaedificandi vrbes, cupiditas cognitionum vtilium et delectantium. Abundantia enim protulit otium, otium cupiditatem cognitionum, et haec lucem generalem, vnde vbique viri eruditiores oriebantur, qui adoleſcentes capaces docere cupiebant. Aeque et eloquentia et politia, quum poſt bella Perſica plurimae ciuitates Graeciae democratice regerentur, ideoque oratores et politici maximam conſequerentur auctoritatem, prae aliis ſcientiis diligebantur et docebantur. Athenae, nunc ditiſſimae potentiſſimaeque factae ſunt atque ſedes maximorum opificum ac doctorum. Quorum cum luxu et aliis vitiis, vt fit, ortis, ſimul et praecepta moresque corrumpebantur. Falſiſſime adhuc de *Sophiſtis* cogitabatur, quum putarentur ſoli inanes nugatores et qui modo inutiliſſima percontari ſtuderent. Sed adcuratior ſcriptorum Platonis, Ariſtotelis Ciceroniſque lectio alias ſententias producet. Omnes Sophiſtae aetate erant aequales et ſimiles ſibi talentis et ſcientiis, quum omnes adpeterent gloriam magnorum oratorum ac rhetorum; nec tamen ceteras non tradebant ſcientias. Celeberrimi eorum fuerunt Gorgias Leontinus, Protagoras, Hippias, Prodicus cet., quorum tamen fere omnes omni inſtitutione ab aliis accepta carebant. Veterrimi Sophiſtae (ad quos ipſos Pythagoraeorum numeres ſucceſſores) magna aeſtimatione et qui laudarentur, erant digni. Nouerant enim multa ſcitu digniſſima. Naturam i. e. originem eſſentiamque rerum doce-

docebant, inprimis magnitudinem ac motus coeleſtium; tum cauſas viſionum ac terreſtrium qualitates. Porro numerorum monſtrabant proportiones et quantitates; effectus atque ſonorum connexiones; denique artem alios turbandi et in colloquiis vincendi. De ſcientia v. c. Hippiae vid. Plat. Hipp. Cic. de Orat. III, 32. Neque vero non ditabant et augebant cognitiones partas. Quare inueniebant tradebantque politiam eloquentiamque, quippe ipſi primi magni oratores. Diſſerentes primi de natura linguae, de origine, conſtructione ac deriuatione verborum, de ſtruendis periodis earumque euphonia, artem bene loquendi ſcribendique regulis fundarunt. Huc pertinent inprimis Protagoras, Hippias et Prodicus. Idem primi de virtute ac felicitate, de bello; item de picturae theoria arteque ſtatuaria diſſeruerunt; quae omnia et ore tradiderunt inque libros redegerunt. Hinc vbique maxima gaudentes veneratione et adplauſu amicos auditoresque innumeros nec minus maximas ſibi compararunt diuitias. Etſi igitur Sophiſtae cognitiones viresque ad patriae vtilitatem, eamque interdum publicam adhibuerunt; quamquam gloria tantum aut emolumento ducti: nihilo tamen minus fuerunt homines maxime contemnendi, qui ipſi nomen ſapientum ſibi arrogarunt. Vbique ſe ſolos profeſſi ſunt eos, qui homines ſapientes, felices ac bonos, quin potentes oratores ac duces populorum reddere poſſent. Non, vt priores philoſophi, adoleſcentes priuatim ac in ſermonibus inſtituentes, ipſi celeberrimas Graeciae vrbes peragrarunt, in locis publicis ac feſtorum tempore, maxime Olympicorum, concionati, non vt mentes illuſtrarent animosque emendarent, ſed ſola vani ſplendoris, diuitiarum ac voluptatis cauſa. Plat. Theaet. Cic. Acad. IV, 24. De maximis eorum diuitiis vid. Diodor. XII. Quinct. III, 1. Protagoras et Gorgias inſtitutionem elo-

quen-

quentiae fere 2000 thal. vendiderunt. Sed et tantum ſibi ſumſerunt, vt et Gorgias v. c. (aliis id dein imitantibus) Olympiis palam pronunciaret, ſe ad omnia, de quibus quisque audire vellet, eſſe paratum, Cic. de Orat. I, 22. II, 4. Plat. Protag. De Hippia idem Cicero de Orat. III, 32. Maxime autem praeceptis ſuis perniciosiſſimis, quibus imbuerunt adoleſcentes, ſunt nobilitati. Plane enim ens diuinum reiecerunt; omnia forte ac neceſſitate quadam orta eſſe, Plat. de legg. X, Xen. Mem. Socr. IV, 3. nec regi ratione, Diog. IX, 51. omnem autem de diis opinionem atque cultum eorum, legislatorum fuiſſe inuentionem. Quare his eorum ſententiis omnem religionem funditus ſublatam recte iudicauit Cic. N. deor. I, 4. Anima non niſi pars corporis iis fuiſſe videtur, Diog. l. c. Praecepta eorum moralia eiusdem fuerunt generis, et Socraticis plane contraria: Omnes actiones a natura nec mala eſſe, nec bona, idque non niſi legibus ciuilibus fieri; malitiam, quibus eſſet, vtilem eſſe ac prudentiam; iuſtitiam vero et virtutem nocere; perfectum ſolum eſſe eum, qui alios ſibi ſubiicere ſciret; felicem, qui cupiditatibus plurimis maxime ſatisfaceret. Iniuriam pati, turpe eſſe, Plat. Gorg. imbecilliores omnino a natura conſtitutos eſſe, vt ſeruirent potentioribus, vnde etiam horum cauſa exſiſterent. Leges ciuiles a timidis et imbecillis eſſe latas, quibus, vt a lege naturali discrepantibus, obedire, non eſſe viri fortis, Plat. de rep. Hominem improbiſſimum ac iniuſtiſſimum ſemper reperiri feliciſſimum, modo ſpeciem iuſtitiae induere calleat; ergo ſpeciem virtutis virtuti ipſi eſſe praeferendam. Abſtinentiam et temperantiam voluptatis ac laetitiae inimicas eſſe rationique contrarias; ac veram felicitatem eſſe perfectum voluptatum vſum. Fabula Prodici Sophiſtae de Hercule in via pulcerrima efficta, vid. Xenoph. Mem. S. II, 1. minime purgat Sophiſtas,

quum

Digitized by Google

